# Nachricht

über das

# Königliche Pädagogium zu Halle.

Herausgegeben

von

**Dr. G. Kramer,**

Director des Königlichen Pädagogiums und der Franckeſchen Stiftungen.

---

Zwanzigſte Fortſetzung.

---

**Inhalt:**

I. De Aeschylo vocabulorum inventore commentatio. Scripsit C. A. B. Todt.

II. Schulnachrichten über das Königliche Pädagogium, von Dr. G. Kramer.

Halle,

Druck der Waiſenhaus-Buchdruckerei.

1855.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000001

DE

# AESCHYLO VOCABULORUM INVENTORE COMMENTATIO.

---

Quum statuissem ut de Aeschyli elocutione nonnulla componerem ante omnia accuratius intellexi inquirendum esse de vocabulis ab Aeschylo inventis. Nam si omnis elocutio spectanda est verbis aut singulis aut coniunctis, ut loquitur Quint. inst. or. VIII. 1, 1, profecto Aeschyli loquendi rationem illustraturo nihil prius esse debet inquisitione de verbis singulis vel etiam verborum generibus quibus utatur. Vix enim ullum poëtam sciam cuius soluta vocabula tantum habeant ponderis quam Aeschyli: id quod non solum lectione prima et minime intenta perdocetur, sed etiam antiquorum testimoniis confirmatur. [1]) Verum quaestio quibusnam et qualibus vocabulorum generibus utatur, prorsus fere congruit cum alia illa, quaenam et quot vocabula primus Aeschylus produxerit. Admodum enim vere quamvis sub ioculari involucro noster ab Aristophane appellatur *ὁ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον*, i. e. inventor tragici sermonis et thesauri, qui quum ad exornanda *πάθη* nihil fere haberet quam epici sermonis simplicitatem et vete-

---

1) Aesch. vita: *ζηλοῖ τὸ ἁδρὸν ἀεὶ καὶ ὑπέρογκον ὀνοματοποιΐαις τε καὶ ἐπιθέτοις, ἔτι δὲ καὶ μεταφοραῖς* Dion. Hal. cens. vet. II, 10 *δημιουργὸς καὶ ποιητὴς ἰδίων ὀνομάτων καὶ πραγμάτων.* Quae si ab hominibus doctis et carmina ex ipsius poëtae aetate aestimantibus iudicantur, quid mirum Aristophanis aequales comicorum salibus et Euripideis lenociniis adsuetos non tulisse *ῥήματα* illa Aeschyli *ἱπποβάμονα* et *γομφοπαγῆ* et *γηγενεῖ φυσήματι* edita a poëta *κομποφακελορρήμονι* (v. Ar. Ran. v. 820, 824, 839 etc.).



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000003

ris Athidis incultam adhuc exilitatem (unde quae sumsisse videatur alio loco si dis placet expositurus sum), ingenii inventis linguae penuriam supplevit. Quae inventa si quis paullo diligentius vellet conquisita inter se et cum Sophocleis Euripideisque comparare, paullo opinor apertius fieret quam nunc est illud quod tragicorum usum appellamus. Ceterum quantopere ad ipsum poëtam intelligendum et passim emendandum haec inquisitio conducat vix est monere operae pretium.

Optimum autem ducem et operis quasi proculcatorem habui Blomfieldum, qui in glossariis quinque fabularum tantum laboris exantlavit quantum qui post eum sequitur vix possit coniectura assequi. Eo minus vituperatione notandus est quod aut festinans interdum sub fines fabularum vocabula omiserit aut certe asterisco glossae nota non signaverit, aut nonnulla apud alios reperiantur, quae inter glossas retulerit.[1]) Etenim hanc veniam damus petimusque vicissim, ut ne cogamur in investigando ultra optimorum lexicorum qualia hodie in promptu sunt religiosum usum progredi: totam Graecitatem huius rei causa perscrutari non minus infructuosum fuisset quam infinitum. Nam omissis etiam paucis quibusdam voculis, circiter mille et centum glossae — admodum spectabilis copia — remanent, in quibus quum rarae sint pluries usurpatae, licet computare quotam partem in septem ex septuaginta tragoediis habeamus. Ex carminibus et anapaestis excerpsi sexcentas circiter, quingentas ex iambis et trochaeis. Has sine nota posui, illas additis post numerum versus litteris „c.“ aut „an.“ signavi. Ceterum eorum quae iure Aeschylo vindicari potue-

---

1) Horum tamen partem certe adscribam ne videar inania loqui. Sequor autem in citando numeros Hermannianos: ὀλιγοδρανία Pr. 546. Anth. Pal. 5, 236. 8. θηλύνους Pr. 1007 Phot. Zonar., ἀλεξητήριος Spt. 8. Eur. Herc. fur. 476 Poll. Athen., μνήστωρ Spt. 162 *memor*; saepe alias id quod μνηστής, ἱππηδόν Spt. 310. Aristoph. pax 81. Apion apud Gell. N. A. 7, 8. θεομανής Spt. 634. Ipse Blomfieldus citat Eur. Or. 834; est etiam v. 79 et Ion. 1042. ἑβδομαγέτης Sp. 781, quod antiquissimum Apollinis cognomen fuit cf. Hermanni opusc. VIII p. 239, Lob. Aglaoph. p. 434. διαρκέω Spt. 822. Pind. Nem. 7, 71. et saepe apud posteriores, διαλλακτήρ Spt. 833. Herod. 4, 161; 5, 28; Dion. Hal. A. R. 2, 76, πολύγομφος Pers. 72. Hesiod. op. 658, αἰχμάεις Pers. 136 Opp. Cyn. 3, 321, πάμμαχος Ag. 157. terminus palaestrae, Aristoph. Lys. v. ult. Theocr. 24, 112, εὔμορφος Ag. 398 et tribus aliis Aeschyli locis, Sappho et Soph. in fr., Polyb. et Plat. saepissime, quamvis Moeris dicat τὸ δ' εὔμορφος παρ' οὐδενὶ εὗρον ἀλλ' εὐπρεπής, εὐθύδικος Ag. 371, Anth. Pal. 6, 34, 42, συνδρόμως. Ag. 1143. Strab. et Plat. saepe deviarum concursu, ἀγύρτρια Ag. 1232. Philostr. Apoll. 3, 43 περίφρων Ag. 1388 Hom. περίφρων Πηνελόπεια, et alia.

runt, i. e. quae aut apud alios auctores nullibi apparent, aut et post nostrum demum inveniuntur et poeticae originis signaturam tam indubitatam portant, ut non possint ex communi usu recepta putari — horum igitur maior pars cum auctore et nata est et occidit: reliquorum longe plurima in suum usum vertit Euripides, pauca Sophocles. E poëtis Alexandrinis Lycophron ut constat in excerpendo Aeschylo primus fuit, post hunc cynegeticorum auctor et Callimachus et Apollonius et Nonnus et Anthologiarum poëtae. Herodotus nihil fere habet, pauca sed certissima Thucydides. Apud oratores vix quidquam, sed permulta apud Plutarchum et Lucianum invenias. Haec omnia asterisco notavi.

Haec praefatus possem ad ipsum glossarum catalogum transire, nisi antea de duabus rebus huic operi coniunctissimis disserendum esset. Primum vocabula ab Aeschylo fabricata enumeraturus — quae iure glossas saepius appellavi — alterius cuiusdam glossarum generis exempla censui antea nonnulla exhibenda esse, eius scilicet generis quod *obsoletis aut peregrinis* verbis constat (cf. Lersch die Sprachphil. d A. II p. 63), idque eo magis, quod Aeschylum haud raro hoc nomine vituperant magis quam admirantur. Attamen hoc genus in universum aestimanti neque nimis frequenter obtruditur, et semper fere certo consilio ibi positum est, ubi *ἀρχαιοπρεπὲς* quoddam et *τερατώδες* affectandum erat. Veluti quanto pondere illud *εὐμόρφων κολοσσῶν χάρις* Ag. 398. translatum ab Aegypticis deorum simulacris (cf. Her. II 130, 143) dicatur a prophetis vaticinia obscura canentibus nemo non sentit. Hoc modo chorus virginum Danaidum saepius utitur barbaris vocabulis, ut non solum cultu et habitu, sed etiam lingua prodat originem non graecam: *Ἀπίαν βοῦνιν* Sup. 104 et 113. *terram clivosam* deductum a *βουνός* voce antiquissima (sed vix Cyrenaica ut Boeckh. de gr. tr. princ. cap. V. putavit post| Valkenaerium ad Her. IV, 351. cf. etiam Lobeck ad Phr. p. 355). Huic voci ipse chorus addit *καρβᾶν' αὐδὰν ὦ γᾶ κοννεῖς* (ut Hermannus emendavit) duobus vocabulis semibarbaris se barbare locutum esse indicans. *Βᾶρις* v. 850 *navis* appellatio aegyptica. *Ἐπ' ἄμαλα* v. 809 et 814 quod Hes. interpretatur *ναῦν ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν τὴν ἅλα*: verum est accusativus cuius nominativus neque exstat neque graece omnino fingi potest v. Lobeck Paral. p. 275. *Ἴχαρ* v. 816. schol. *ἐπιθυμίαν* ab Hermanno recte videtur ad radicem verbi *ἰχανάω* referri, a Lobeckio Rhem. p. 313 in *λίχαρ* vel *γλίχαρ* mutatur [1]).

---

1) Sed *νόαρ* (a *νοεῖν*) quod Hermannus v. 754 et 853 pro *κέαρ* et *ὄναρ* substituit iure videtur a Lobeckio damnatum esse paral. p. 205.

Ἄγειος v. 825 quomodo legendum aut quid omnino sit prorsus incertum est; Hermanno γεῖος placuit, Lobeckio γέγειος; certe apparet cohaerere cum γῇ.

Multa etiam huius generis grammaticorum in has res studio citata ad nos pervenerunt: ἀσχέδωρος Sicula vox pro σύαγρος fr. 273 (Hermanni: neque adscribam testimonia grammaticorum illi citata), cui addi potest ἄρμοῖ πέπαυμαι Pr. 616 *modo* v. Valkenarii ep. ad Rov. p. 49. Κάκαλα fr. 172 Hes. τὰ τείχη et ἠμορίς fr. 171 Hes. κενή, ἐστερημένη videntur Phrygia vocabula esse — sunt enim ex fabula Niobe — nisi forte alterum potius corruptis et obscuratis vocalibus dictum censeamus pro ἄμοιρος, ut κανθύλη fr. 234 pro κονδύλη (Hes. τὰς ἀνοιδήσεις) λογγάζω fr. 114 pro λαγγάζω, δρώπτειν fr. 293 pro δρύπτειν, fortasse etiam ἱροπῶτις fr. 396 quod iam ab antiquis quibusdam habebatur pro Homerica voce ἠεροφοῖτις barbare pronuntiata. Ἀὖριβάτας fr. 299 Anecd. Bekk. p. 464, 9 τὸ αὖρι τιθέασιν ἐπὶ τοῦ ταχέως καὶ τάχα, οὐκ ἀπὸ τῆς αὔρας ἀλλὰ κατά τινα βαρβαρικὴν λέξιν. Χαλιμάδας fr. 405 τὰ Βάκχας. Hoc tamen Hermannus scribit χαλειμάδες i. e. *laxivestes*; quodsi hoc rectum est, graecum erit neque vero barbarum. Ἴτηλον fr. 43 τὸ ἔμμοτον καὶ οὐκ ἐξίτηλον (hoc igitur minime ab ἐξιέναι derivandum). Δίκρα ὄψις fr. 51 Hes. ἡ διπλῆ cf. Lobeck paral. p. 42. Ναρᾶς τε Δίρκης fr. 409 Phot. ῥευστικῆς, vocabulum perantiquum, v. Lobeck ad Phr. p. 42. Possem plura accumulare, sed et habemus pleraque et haec sufficiunt. Apparet autem iudicium quod ante tulimus confirmatum esse; nam si haec distribuuntur tragoediis quotena singulis contingent?

Altera quaestio est de *irregulari declinatione.* Quae quum dupliciter fiat, primum si casuum obliquorum nominativi non possunt fingi (quod genus acephala vocavit Lobeck paral. p. 116.), tum, si errore quodam casus obliqui ad alienam declinationem traducuntur (quod est genus metaplastorum): neutrius generis exempla in Aeschyli glossis frequentia aut certissima sunt. Acephalum ἐπ' ἄμαλα fuisset si omnino graecum. Λαγίναν ἐρικύματα φέρματι γένναν quod libri exhibent Ag. 115 simile videtur. At quia, quoniam nulli femininorum accusativi tertiae terminationem ατα habent, ipsa forma neque nominativus solum non fingi potuit, dudum Seidlerus ἐρυκυμάδα, alii rectius ἐρικύμονα correxerunt. Non minus metaplasmi qui putabantur esse aut non sunt aut emendandi. Ὑπερπόντιον τιμάορα Sup. 42 vulgo putabant a τιμάορος *vindex* deductum; sed Lobeckius paral. p. 216 a nominativo paraschematisto τιμάωρ fluxisse exemplis χρυσάωρ et συνάωρ demonstravit. Ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα fr. 205 *animalia pro servis futura et labores exceptura* idem vir eximius a nominativo ἐκδέκτωρ tribus generibus com-

muni derivavit paral. p. 274. Tertium exemplum *ἀναρπάξανδρα κῆρα* Spt. 757 *exitium fatale viros sursum rapiens* mendo Aldinae ed. ortum est. Nunc et e libris ἀναρπαξάνδραν et ab Hermanno τὰν ἁρπαξάνδραν scriptum est. Praeferrem τὰν ἁρπάξανδρον. His profligatis ad ipsam rem accedimus.

---

# CAPUT I.

## DE NOMINIBUS.

A. De nominibus simplicibus. Hac inscriptione omnia et primitiva (sive verbalia) et denominativa et denique parasyntheta comprehendo quae suffixa terminatione formantur. Nam quo iure G. Curtius in libello quem de nominum Graecorum formatione conscripsit p. 2 nomina a derivatis verbis descendentia una cum primitivis docuit tractanda esse, quia scilicet derivati verbi stirps rursus tamquam radix tractetur: eodem nos iure etiam quae a compositis profluxerunt cum primitivis coniungemus. Cernitur autem in formatione nominum imprimis verbalium notabilis quaedam audacia.

### §. 1. *Nomina substantiva.*

1. Deminutiva tria in ipso vestibulo ponam quae formata sunt terminatione non addita sed abiecta, *Εἰδώ* et *Ὑψώ* fr. 225 pro *Εἰδοθέα* et *Ὑψιπύλη* et *Ἄμφις* fr. 423 pro *Ἀμφιάραος*. Lobeckius quidem Rhem. p. 317 illa in $\overline{ω}$ exeuntia negat esse deminutiva sed formas nominum propriorum antiquissimas ab εἶδος et ὕψος formatas, quibus postea productior forma eademque illustrior, ut etiam *Ἀφρώ* et *Ἀφροδίτη*, adiuncta fuerit. Quae sententia etiam roborari videtur Etym. Magni loco ad *Ἄμφις: τοῦτο οὐ συγκοπὴ ἀλλὰ μετασχηματισμός*. Sed potuerunt formae illae ad blandam allocutionem etiamsi non inventae essent usurpatae tamen esse quia breviores erant.

Patronymica, gentilicia, amplificativa ab Aeschylo procreata non inveni.

2. Verbalia. Feminina abstracta — ex his enim initium capimus — antiquissimis temporibus ex stirpe fingebantur terminatione $\overline{η}$ ut φυγὴ βοή; id quod posteris rarissime fiebat terminatione $\overline{σις}$ in usum recepta cf. Lobeck

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000007

Rhem. 253. Aeschylus tamen nonnulla sic formavit: *ἄνη Spt. 694 Callim. ab ἄνω i. q. ἄνυσις ab ἀνύω, μάτη Sup. 788 c. Cho. 906 *error, crimen* a ματάω (hoc tamen rectius inter alterius generis glossas retulissem. Nam perantiquum esse demonstrat accusativus μάτην qui in adverbium transiit), πειρά Cho. 846 an. *acumen* schol.: ἀπὸ τοῦ πείρειν sensu abstracto ad instrumenti significationem deflexo, πέρα Sup. 249 Ag. 177 c. *terra e regione sita* a περάω sive potius πέρω, ἐπωπή Sup. 523 c. *locus ad circumspiciendum aptus*, significatione id etiam inflexa formatum ab ἐπωπάω verbo Aeschyleo, *ἀπαιολή (de accentu Lobeck Rhem. p. 256) fr. 196 *fraus* ab αἰόλλω Arist. Nub. 1152, *καταφαγή fr. 387 a Polluce VI, 40 apud Myrtilum comicum vituperatur ut παμπόνηρον. Διατομαῖς οὐ φίλαις ἐτελεύτησαν Spt. 909 aut non est parasyntheton sed paratheton, aut omnino emendandum. Hermannus διαρταμαῖς scripsit.

Tertiae declinationis terminatio στις „qua nihil fere in lingua graeca obsoletius" (Lobeck paral. p. 442), semel apparet in φύστις ἀνδρῶν Pers. 906 c. *progenies*. — In ω (quam terminationem alias libenter in usu habet) unum exit μελλώ Ag. 1316 *haesitatio*. — Paragogam bisyllabam ηδων adhibuit in *ἀχθηδών Pr. 26. *molestia* Thuc. IV, 40, cf. Lobeck ad Ai. v. 931. — Recentiore terminatione σις affixa futuris, quam Thucydidi familiarem fuisse constat, Aeschylus usus est in πάρηξις Ag. 534 *adventus* i. e. appulsus ad litora, ἔφαψις Sup. 44. c. *contrectatio* ab ἐφάπτω (in schol. Apoll. Rh. V, 842 est paratheton ex ἐπὶ et ἅψις), ἄτισις fr. 109 Hes. ἀτίμασις ab ἀτίω cf. Lobeck parerga ad Ph. c. III §. 1, et *δίψησις Cho. 743 Athen. I, 10, ut Wellauerus emendavit lectionem δίψη τις.

Aeschylus igitur vulgatissimis quibusdam et recentissimis femininorum terminationibus ut εια σια μη prorsus non usus est.

Masculina terminatione ος a verbis primitivis deducta quae actionem significant, rarissima sunt et alias et in Aeschyli glossis: στρόβος Ag. 635 *vertigo*, nisi Hermannus recte emendavit ᾤχοντ' ἄφαντοι ποιμένος κακοστρόβου. Ἔκλογος fr. 232 Hes. διήγησις. Addo *ὄτλος Spt. 18, Soph. Trach. 7 (ubi schol.: ἢ ὡς Ὅμηρος τὸ μεμορημένον καὶ πεπρωμένον. False quidem, neque est in Homero) Callim. fr. 274 *onus*, significatione deflexa, quod Blomfieldus recte rettulit ad τλάω praefixo ο, ut in δύρομαι ὀδύρομαι aliisque.

Innumera sunt masculina actionem infinitivi indicantia quae terminatione μος formantur: Aeschyli sunt κροτησμός Spt. 542 *pulsatio*, *ἀπολακτισμοὶ βίων P. 918 *repudiatio* Plut. de curios. 5 (ex loco Aeschyli ut videtur),

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000008

πατησμός Ag. 930 *conculcatio*, *ὁπλισμός Ag. 387 c. Schol. Lyc. *armatura*,
*σχισμός Ag. 1108 c. *scissio*, Plut. Mor. p. 893 E., *φλογμός Eum. 927
*ustio* Eur. quater, παλαγμός fr. 197 *contaminatio*, *σταλαγμός Spt. 61,
Eum. 245, v. 775 et 802 c., Soph. fr. 341 Eur. Ion. 351, 1006, Ar. Ach. 997
*destillatio*. Ultimum βλαστησμός Spt. 12 addidit Hermanni emendatio.

His proxime adiacent neutra verbalia in $\overline{\mu\alpha}$, quibus quasi transitu
utamur ab abstractis ad ea quae res et personas designant: nam interdum
actionis interdum obiecti aut effectus continent significationem. Quae signifi-
cationis commutatio quamquam neque a pedestri sermone aliena, tamen tra-
goediae adeo assueta est, ut non sine certo et quaesito troporum genere, me-
tonymia nimirum, et ornatus causa factam esse iure possimus suspicari.
Aeschylus a verbis primitivis sex produxit φέρμα Sup. 661 c. Ag. 115 c. *Ge-
stamen* i. e. *fructus* et *onus*, ἀπόσκημμα fr. 18 Hes. ἀπέρεισμα (praepositio-
nem nihil moror), *πρόστριμμα Ag. 328 c. *quod affigitur*, i. e. *dedecus et
damnum*, Plut. Mor. p. 99 c., ψῆγμα Ag. 423 c. *cinis*, βάγμα P. 639 c.
*loquela*, *πρόσφαγμα Ag. 1237 *mactatio*, *hostia* Eur. Hec. 41 I. T. 243
Plut. comp. Thes. et Rom. c. 1: — plura a derivatis. A contractis: παροψώ-
νημα Ag. 1410 *obsonium accessorium*, ἀρίθμημα Eum. 745 *numerandi even-
tus* i. e. numerus, πώτημα Eum. 249 *volatus*, ἀμβόαμα Cho. 33 c. *clamor*,
ἐκπέραμα Cho. 641 *exitus*, incertum an abstracto sensu an concreto, κατα-
σκήνωμα Cho. 989 *tentorii exstructio*, σύζωμα Sup. 445 *cinctura*, σκύ-
φωμα fr. 194 e. q. σκύφος: addo etiam εὐόρκωμα Cho. 889 *iusiurandum
sanctum* quod quamvis compositi speciem habeat ad verbum tamen εὐορκόω
non usitatum illud sed fingendum et supponendum respicit, ut multa huius ge-
neris nomina; porro, *κάρπωμα Sup. 971 *fructus*, LXX Exod. 29, 25.,
*δέσμωμα P. 745. Soph. fr. 27 *compes*, χαίτωμα Spt. 366 *capillamentum
(galeae)*, *δόλωμα Cho. 983 Aen. Poliorc. c. 8 *callide inventum*. A puris
non contractis *γήρυμα Eum. 558 *vox* Plut. mor. p. 973 A., μητροκτόνον
φίτυμα Ag. 1239 *suboles*, χάλκευμα Pr. 19 Cho. 570 τὸ κεχαλκευμένον,
νόμευμα Ag. 1377 *pecus* nec vero *pastio* ut Blomfieldus, πόρθμευμα Ag.
1525 an. *locus transvectionis*, κηρύκευμα Spt. 632 *praeconium*: cetera ab-
stractis proxima: γαμήλευμα Cho. 614 c. *nuptiae*, cuius primitivum non novi,
σκώπευμα fr. 77 *saltatio* σκωπός. A mutis: κίνυγμα Pr. 157. *res quae
movetur*, *ποίφυγμα Spt. 263 *clamor* vocabulum poëtis Alexandrinis et
eorum interpretibus usitatum, μύσαγμα Suppl. 964. *macula*, ἐμπαλάγματα
Sup. 282 *amplexus*, quod ab Hermanno ex scholiis et Hesychii glossa cor-
rupta (ἐμπαλούγματα, αἱ ἐμπλοκαί) emendatione repositum est.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000009

Haec fere omnia aliquatenus in obiecti significationem transierunt, sed ea quae ad verba dentalia recedunt abstractum sensum retinuerunt: *κινάϑισμα* Pr. 124 an. *motus*, *ὑπτίασμα χερῶν* Pr. 1009 *resupinatio, sublatio manuum*, i. e. preces, *ὑπτίασμα κειμένου πατρός* Ag. 1244 *restitutio* i. e. ultio patris peremti, *ἡλίου φϑίνασμα* P. 231. *occasus*, *σωφρόνισμα* Sup. 961. *adhortatio*, **κόμπασμα* Pr. 363 Spt. 775, Ar. Ran. 940 Arrian. Ind. c. 5, §. 13, *iactatio*. Duo tamen *πολύγομφον ὅδισμα* P. 73 c. *via* et *πίασμα* P. 808 *quod pinguefacit* instrumenti notionem adsciverunt. Ceterum universus Aeschyli sermo aliis quoque huius generis verbalibus quasi scatet.

Rarior terminatio *τρον* instrumenti et mercedis significationi destinata in poëtarum usu est: **κόμιστρον ψυχῆς* Ag. 932 Eur. H. F. 1387 Poll. 6, 186 *merces servatae animae*, **στέργηϑρον* Pr. 493 Cho. 238 Eur. Hipp. 256. Soph. Ant. 650 *incitamentum amoris*, *ποδόψηστρον* Ag. 893 *instrumentum pedes abstergendi* (significantur tapetes pretiosi, quibus Agamemno incedit).

Unicum est *ὄψανον* Cho. 528 Hes.: *ὄψις visio* quod verbale esse contra scholiastae opinionem demonstravit Lobeck prol. pathol. p. 176.

Ex iis quae res et personas indicant proxima modo transactis neutra sunt in *ος* partim denominativa ab adiectivis formata, quibus abstracta notio continetur, partim verbalia, quibus ostenditur res aliquo modo coniuncta cum verbi notione. Paronyma vulgari sermoni propria rarius ab Aeschylo, exceptis quibusdam necessariis ut *βάϑος τάχος*, frequentabantur: poëtici ponderis unum *πρέσβος* memini. Verum verbalium incredibiles est ubertes (*δάκος*, *πάϑος*, *μάϑος*, *στύγος*, *μῖσος*, *πρᾶγος*, *σίνος* et alia) et quae ipse finxit verbalia sunt omnia: *ῥέος* Pr. 401 c., 677. 812. Ag. 866. *γέμος* Ag. 1180 *onus*, *ἄρος* Sup. 851 c. ab *ἄρω*, quod interpretantur *auxilium*. Ex his non verisimilis est Hermanni interpretatio qui Ag. 1446 *νείρει* quod in libris est dativum nominis *νεῖρος* ignoti adhuc esse dixit. *Νεῖρος* denominativum foret, cf. Lycoph. 896. Optime vero idem codicum vitium *ἀμπήσαις δόσως κόνις* Sup. 752 c. emendasse videtur, quum glossa Hesychii ductus reposuit *ἀμπετὴς εἰς ἄος ὡς κόνις*. *Ἆος aura* nobis recipiendum.

Nominum personam in actione occupatam designantium formae masculinae formantur a verbis, a masculinis femininae. Terminationes usitatissimae sunt *ος* secundae (*ἄγος*, *τρόφος*), *της* primae, *ηρ*, *ωρ*, *ευς*. Ex quibus primam Aeschylus in fingendo non adhibuit, alteram pedestri orationi aptiorem raro posuit: *τίτας φόνος* Cho. 59 c. *vindex* (substantivum pro adiectivo) quod

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000010

a verbo primitivo et puro descendit, id quod rarissime fit et nonnisi apud poëtas v. Lobeck paral. p. 427, πεμπαστής Pers. 954 c. a poëtico πεμπάζω *numerator*, ἡγητής Sup. 226 *dux*, et ἀνδρηλάτης Spt. 617 *expulsor*: quorum sine dubio duo quam maxime poëtica sunt. E contraria parte terminationem ις vetustissima tantum aetate formandis masculinis adhibitam (μάντις) et mox feminino generi concessam bis more vetusto usurpavit in *ὁ τρόχις Pr. 945 *cursor* i. e. nuntius Opp. Hal. II, 643, et ὁ μάρπτις Sup. 794, 796 c. *prehensor* (false Hes. μαρπτύς et thesaurus Parisinus μαρπτής habent). Vocabula in ευς exeuntia homines significant, qui actionis quasi publice munus susceperint. Quae quum in foro frequentius audirentur quam in scena, Aeschylus unum finxit *ῥαφεύς Ag. 1572 (sensu translato) *auctor* Poll. VI, 42. Numerosae terminationes ηρ et ωρ immensam nominum copiam tragicis poëtis acceptam signaverunt et haud raro cognatam terminationem ης expulerunt. Nam poëtae Aeschylo praeeunte ita in his versati sunt, ut, ubi altera forma in usum publice recepta esset, alteram minus vulgarem aut depromerent aut fingerent. Aeschylea sunt νεμέτωρ Ζεύς Spt. 466 c., ἄκτωρ Pers. 552 c. Eum. 391., σάκτωρ Ἅιδου Pers. 904 c. *impletor*, ἀσπίστωρ κλόνος Ag. 386 c. *clamor clypeis instruens*, *ποινάτωρ Ag. 1240 Eur. El. 23 Arist. aves 1313, μαστίκτωρ Eum. 162 c. *flagellator*, συνθαίτωρ Eum. 347 c. *conviva*, ἀφίκτωρ Sup. 1. an. *patronus* v. 229 *supplex* (eadem ambiguitas est nominis προσίκτωρ Eum. 122 et 433), φράστωρ Sup. 476 *interpres*, θέλκτωρ Πειθώ Sup. 1012 c. *demulcens*, συλήτωρ θεῶν Pers. 844 (συλητήρ usitatius) *raptor*, ταράκτωρ πόλεως Spt. 552 *perturbator*, ἁρμόστωρ Eum. 448 *ordinator* (forma in ηρ rara, sed in ης frequentissima), ξυνοικήτωρ Eum. 819 *qui eundem locum habitat*, denique illud ἐκδέκτορα ὀχεῖα fr. 205. Succedit terminatio ηρ oxytona: δαϊκτὴρ γόος Spt. 892 c. *scindens* (δαΐκτωρ Sup. 767), μακιστὴρ μῦθος Pers. 699 *oratio longa*, τριακτήρ Ag. 159 c. *victor* (terminus palaestrae a τριάζω *ter decerto*), ποδιστὴρ πέπλος Cho. 980 *pedes constringens* (a ποδίζω impedio Xen. Cyr. III, 3, 27), αἰσχυντήρ Cho. 992 et καταισχυντήρ Ag. 1323 *vitiator*, καρανιστὴρ δίκη Eum. 185 *decollans* (ex Stanleii emendatione pro καραινηστήρ, quod explosit Lobeck paral. p. 449; καρανιστής est Eur. Rhes. 817), ἐπαμβατὴρ λειχήν Cho. 278 *scandens*, ὑπασπιστὴρ ὄχλος Sup. 107 (forma in ης ubique obvia), δακνιστὴρ λόγος καρδίας Sup. 449 *verba cor mordentia* emendatio certa Hermanni e scholiis sumta, *τευχηστὴρ ἀνήρ P. 878 c. Callim. hymn. Iov. 77, ἀτιμαστήρ Spt. 617, ἀναστατήρ Spt. 999 Cho. 300 *eversor* (forma in ης crebrior), Ἀτρεὺς χαλεπὸς θοινατήρ Ag. 1470 an. *qui coenam instituit*, ἀναλυτὴρ δόμων Cho. 155



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000011

c. *liberator*. Hermannus praeter haec glossam Hesychii „ματήρ, ἐπιζητῶν, ἐπίσκοπος, ἐρευνήτης“ Aeschylo vindicavit Ag. 1231: Ἀπόλλων — ἐποπτεύσας δέ με

Κἀν τοῖςδε κόσμοις καταγελωμένην μέγα
φίλων ὑπ' ἐχθρῶν, οὐ διχορρόπως ματήρ.

At lectio οὐ διχορρόπως, μάτην, minime impedita est. Ceterum quoniam hoc genus saepe cum substantivis (femininis necnon neutris) coniungitur, adiectivis a Lobeckio adnumeratur in diss. de adiect. immob. paral. 273. Quod etiamsi mihi non prorsus persuadeatur, hoc tamen ea disputatione conficitur, nihil quaesiti decoris captari ubi eiusmodi vocabula ad substantiva feminina adiiciantur, ut τύχη σωτήρ, αἰχμὴ βρωτήρ, δίκη καρανιστήρ, θέλκτωρ Πειθώ, sed hanc paene necessariam poëtarum licentiam esse, ne formae femininae in τειρα, τρια fingendae sint.

3. Substantiva denominativa. Exordiamur ex his quorum modo mentionem fecimus: κτεάτειρα κόσμων Ag. 341 an *conditrix*, μάστειρα Sup. 145 c. *investigatrix*, *ἀγύρτρια Ag. 1232 *circulatrix* Philostr. vita Apoll. 3, 34, φαιδρύντρια Cho. 746 *lotrix*, et ἰηλεμίστρια *mulier lugens*, glossa Hesychii, quam Hermannus certa emendatione reposuit Cho. 419 c.

Feminina in τις desinentia accentu recedente (vid. Lobeck pathol. p. 393) a masculinis in της descendunt attributivis simillima: βοᾶτις αὐδά Pers. 574 c., *κεράστις Pr. 675 quod apud Arcad. p. 35, 19 κεραστίς scribitur, βούλευτις fr. 179, ἱερεῖτιν fr. 90 Hes. καθαρμοῦ δεομένην, ἱκέτιν (masculinum ἱερείτης vidi Lobeck prol. pathol. p. 376). Sequuntur localia gentiliciis in ωτης et ιτης similia (l. c. p. 396): δωματῖτις ἑστία Ag. 935 *domestica*, πυργῶτις ὀρκάνη Spt. 328 c. *turribus propinqua i. e. expugnatoria*, δενδρῶτις ὥρα fr. 46, 6. quod Hermannus et Dobraeus restituerunt (δενδρώτης habet Suidas). Singulari ratione derivatum videtur θεραποντὶς φερνή Sup. 948 an.

Rarior est femininorum motio ad primam declinationem a masculinis tertiae, ut Δίων Διώνη: Aeschylus tamen ausus est τιτῆναι formare fr. 209 Hes. αἱ βασιλίδες, quod rectius Lobeck a τίτας (τίω) derivavit prol. pathol. p. 52 quam Hermannus opusc. V. p. 162 ab inaudito τιτῆνος. Item πρέσβη Sup. 697 *legatio*, cui testem Lobeck prol. pathol. p. 43 requirebat, ex libris mss. restituendum est. A feminino abstracto γονή fictum est masculinum γονίας χειμών Cho. 1064 an.: Schol.: ἄνεμος ὅταν ἐξ εὐδίας κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα (derivat igitur a verbo); Hes.: εὐχερής; Herm.: *ventus secundo flamine spirans*. Falsi omnes, sed recte Blomfieldus interpretatur *tempestas e stirpe*

*orta*, affertque nominum ventorum analogiam, ut καικίας. Cuius dictionis patet elegans acerbitas.

Sequuntur nomina denominativa, quibus res sub sensus cadentes significantur.

Nomina feminina terminatione ας multifariam a verbis et nominibus et numeralibus generantur partim substantiva, partim adiectiva, partim ambigna, de quibus Lobeck prol. pathol. p. 439—446. A numeralibus quae profluunt plerumque substantive ponuntur: Aeschylus tamen dixit μυριὰς φύστις ἀνδρῶν Pers. 907. Aliud genus est denominativorum comprehensivorum, ex quibus Aeschylus φυλλάς, ψεκάς, νιφάς et alia nonnulla recepit, λιθάς Spt. 144 c. *lapidum copia* ipse finxit. Quae restant, adiectiva sunt nihil fere a primitivorum sensu remota: ῥοθιὰς κώπη P. 391 *strepitosa*, κρεμὰς καὶ γυπιὰς πέτρα Sup. 764 et 765 c., quorum utrumque quid sit apertum est, sed κρεμάς ad verbum κρεμάω propius quam ad ullum nomen accedit. Πανιὰς αἶσα fr. 103, Phot. p. 377, 17 ἀπὸ τοῦ Πανός: siquidem Aeschyleum est.

Neutra realia afferenda sunt duo ποιμανόριον Pers. 76 c. *grex* parasyntheton a ποιμάνωρ, et θωρακεῖον Spt. 52. i. qu. ἔπαλξις, *summa pars muri*.

Restant abstracta terminationibus neutrali ος (de qua diximus) et femininis ια, εια, συνη, της ητος notata. Ex quibus quum duae postremae recentiores sint et pedestres — nam pauca ea, quae Homerus habet in οτης vix sunt abstracta, velut φιλότης — ab Aeschylo non adoptatae sunt nisi in πημοσύνη Pr. 578 c., v. 1062 an. *miseria*, quod derivandum a πῆμα, vid. Lobeck paral. p. 452. In universum paronyma abstracta aut audacter derivantur aut certe ob numerosam mensuram spectabilia sunt: Ἀκρωνία Eum. 187 ab ἀκρών, i. q. ἀκρωτηριασμός, *ἀναξία fr. 8 quod Pindarus quoque finxit Nem. 8, 18. *ἀμπλακία Pr. 560 an. *peccatum* Eur. Hipp. 832 Pind. Isthm. 5, 29. P. 3, 13 Ol. 7, 24, *ἀχηνία Ag. 400 c. Cho. 298 Arist. fr. 71 *egestas* (ἀχήν), *εὐοδία fr. 40 *itineris prosperitas* Av. Ran. 1528 (ex l. Aesch.) Ep. ad Phil. 4, 2., βαθρεία Sup. 826 c. id fere quod βάθρον sensu tamen paullo abstractiore, χειρωναξία Pr. 45. Cho. 749, ξυλουργία Pr. 452 quod Pollux damnat VII, 161, *ὀλιγοδρανία ἄκικυς Pr. 546 c. et inde Anth. Pal. 5, 286, 8, *inertia*, κακουχία Spt. 649 *status infelix*, δυσαυλία Ag. 535 *graves excubiae*, λαμπτηρουχία Ag. 857 vocabulum a λαμπτηροῦχος (quod non exstat), eadem ratione deductum qua λαμπαδουχία a λαμπαδοῦχος: sed ἀγκυρουχία Sup. 735 locum designat; ὁμαυλία Cho. 592 c. *contubernium*, Opp. Cyn. II, 329, λιψουρία Cho. 743, δημηλασία Sup. 6 an., φυξανορία Sup. 8 an.

*fuga metu virorum* emendatio Bambergeri pro τὸν φυξάνορα γάμον, πατραδελφεία Sup. 38 an. *consanguinitas a patris fratre descendens*, κενανδρία P. 731 *virorum penuria* (ab Aeschyleo κένανδρος), κοινοβωμία Sup. 209 *communio altarium* i. e. coetus deorum (v. Hermanni adn.), ἀνδροπλήθεια Pers. 234 ab ἀνδροπλήθης, et ὀρθομάντεια Ag. 1174 edictum ὀρθομάντεως nec vero ὀρθὴ μάντεια.

Ex his omnibus intelligimus, poëtam ubi fieri potuit semitas vulgo tritas non iteravisse, sed animose vias olim patentes nunc oblivione impeditas refregisse: tamen quod contra leges sermonis esset non deprehensum est.

## §. 2. *Nomina adiectiva.*

Adiectiva verbalia rara esse constat.

Suffixum ος substantivis et adiectivis commune vetustissimis temporibus adnectebatur verborum stirpibus, ut λοιδορός, φανός, sed vel tum raro primitivis. Apud Aeschylum tamen virgines Danaides fingunt τηρός, ἢ τηρὸν Ἑρμοῦ ῥάβδον Sup. 235 i. e. τηρῶν τὸν Ἑ. ῥ., ὁ κῆρυξ. Addo adiectiva quae proprie verbalia vocantur quaedam alibi non reperta: ἰαλτός Cho. 29, κνισωτός Cho. 479 et προσπορπατός Pr. 141 parasyntheton. His addam duo paronyma in verbalium similitudinem expressa: αὐλωτοὶ φιμοί fr. 343 *capistrum foraminibus ut tibia perfossum*, ἀθέριτος χαλκός fr. 441 *aes acumine instructnm*, ab ἀθήρ *spiculum* quod fr. 159 translate positum est pro cuspide.

Terminatio αλεος ubertatem quandam exprimit et iccirco nominibus aptior est quam verbis. V. Lobeck prol. pathol. p. 99—100. Aeschylus huius generis finxit διαμυδάλεος Pers. 534 an. *madefaciens*, et κέντρον φοιτάλεον Pr. 599 c. *furorem excitans*, verbale utrumque. In μων unum produxit πενθήμονες δόκαι Ag. 402 c. *luctificans*.

Paronymorum formativum ιος simplicissimum est: τερμόνιος πάγος Pr. 117 c. *finalis*, βούλιος Cho. 658 (βουλιώτερόν τι quod interpretor *accuratius deliberandum*) Sup. 583 c. β. φρὴν *cogitans*, et fortasse ψόθοιος fr. 80 a ψόθος cuius vicem obtinere videtur. Eadem terminatio adnexa substantivis in ηρ (non semper usitatis sed positivis interdum) activae significationis adiectiva in ηριος procreat, quibus nihil fere cum tragicis tum Aeschylo adsuetius est. Habet circiter triginta e quibus propria: λυμαντήρια δεσμά Pr.

995 Ag. 1400 Cho. 752 *dehonestans*, *δατήριος* Spt. 692 *dividens*, **κινητήριος μύωψ* Sup. 292. schol. Ar. equ. 989 *motorius*, *μαστήριος Ἑρμῆς* Sup. 887 *exploratorius*, **ζευκτήριος γέφυρα* P. 735 Ag. 507 *iungens* cuius femininum in Novo Testamento substantive positum significat *vinculum*, et adverbium cuius adiectivum non exstat *αἰνικτηρίως* Pr. 834, v. 935 *obscure*, *ῥαντήριον* Ag. 1051 *conspergens* [1]), *τύχη πρακτήριος* Sup. 507. *perficiens*. Restant duo a particulis derivata: *ἀκασκαῖον ἄγαλμα* Ag. 713 c. *suave*, ab *ἄκασκα* quod Hes. vertit *ἡσύχως μαλακῶς*, et *διαμφίδιον μέλος* Pr. 552 c. *prorsus contrarium* a *διαμφίς*.

Sequuntur terminationes consonis auctae. 1. „*Τῶν εἰς μος, ιμος τὰ μέν εἰσιν ἐνεργητικὰ τὰ δὲ παθητικά*, quamquam et haec parum fixa sunt et universum genus vagatur laxius.“ Lobeck proleg. pathol. p. 161. Veluti, quae apud nostrum sunt, *ἀλώσιμος βάξις*, *θανάσιμον αἷμα*, *μελάγχιμος*, *πτώσιμος*. Nova sunt *λόγχιμος κλόνος* Ag. 387 c. *hastatus* vel potius hastarum strepitus, **γάμους οὐ θηρασίμους* Pr. 860 E. M. 487, 30 *expetendus*, *οὐχ ὑπερτοξεύσιμον μίασμα* Sup. 456 *quod non potest superari*, et *αὔξιμος βιοτή* fr. 53 ab *αὔξη*, ut videtur; Lobeck autem a verbo repetivit. 2. Terminatione *ινος* a substantivis partim materialia finguntur proparoxytona, ut *ξύλινος*, partim temporalia oxytona ut *ὀπωρινός*; alia quae ab adiectivis producuntur oxytona primitivis synonyma sunt, ut *ἀληθινός*. Aeschylo debentur *λαγίναν γένναν* Ag. 115 c. et *πύργινα νομίσματα* P. 859 c. *scientia, quae ad muros expugnandos pertinet*, materiale utrumque, alterum tamen sensu paullulum flexo. 3. „Terminatione *ηρος*, quae a corporibus denominata sunt, plerumque inveniuntur vasorum epitheta contentum quod dicitur — *τὸ περιεχόμενον* — significantia. Secundum est genus ab adiectivis derivatum. Verbalia rara sunt et non optimae notae.“ Lobeck prol. pathol. p. 264. Aeschylus in primo genere se tenuit, *μυρηρὸν τεῦχος* fr. 190 (apud Athen 1, 17. c.), *κρωσσοὺς μήτ' οἰνηροὺς μήτ' ὑδατηρούς* fr. 101 an., et *δελφινηρὸν πεδίον πόντου* fr. 156 an. quod Hermannus ex cod. Havn. lectione restituit. 4. Terminatione *συνος* unum exstat formatum *ταρβόσυνος φόβος* Spt. 223 c.

Tertiae declinationis 1. terminatio *ης* compositis innumerabilibus attributa est, paucissimis simplicibus, quibus Aeschylus unum addidit *δάκρυ καναχές* Cho. 145 c. *strepens*. 2. Adiectiva in *εις* re primitivis indicata instructum signi-

---

1) Quia haec omnia genitivum substantivi secum habent, vera videtur emendatio Porsoni *πέδου*, ita tamen ut ad *ῥαντήριον* suppleatur *αἷμα* sive *φόνον*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000015

ficant: *αἰχμαείς Pers. 136 c. *hastatus* Opp. Cyn. III, 321., *οἰδματοεὶς πόρος fr. 71 c. Opp. Hal. III, 382., εὐναεὶς οὐρανός fr. 45 *lecto instructus* i. e. μιγεὶς φιλότητι καὶ εὐνῇ. Restant 3. et 4. adiectiva in ωδης et ηρης sive αρης exeuntia. Quibus in terminationibus quum integrae notiones delitescant, possent haec vocabula aliquo iure inter composita referri, nisi in utrisque compositionis nota iam fere exstincta esset. *Ἀνθεμῶδες ἦρ Pr. 456, Eur. Bach. 462. Ar. Ran. 450. Alterius terminationis tanta est frequentia, ut a Blomfieldo inter poëtae delicias iure referatur. Propagata ab adiectivis vicina sunt primitivis: λευκήρης θρίξ P. 1025 c. *albescens*, πλειστήρης χρόνος Eum. 755 *longaevus*, ταχυήρης ὄχος Sup. 31 an. *celer*, nil praeterea. His proximum πεδιήρης κέλευθος P. 561 c. *campestris*; sed in reliquis quae ad substantiva respiciunt verbi ἄρω notio gliscit: ἁρμαξήρης θρόνος Ag. 1013, πισσήρης κηκίς Cho. 265 c. *pice oblitus*. Ἀνήρης vero fr. 231 Etym. M. ἀνάνδρους ἢ χήρας ἢ παρθένους, Favorinus ἀνάρμοστος, vere compositum est, ut omnia quorum prior pars est particula (cf. Lobeck l. l. p. 268).

Clausulam adiectivorum addo comparationis formas nonnullas singulares neque alibi repertas: βέλτατον Eum. 480. Sup. 1026 c., ἄσσιστα pro ἔγγιστα fr. 67, κυντερώτερος et κυντερώτατος fr. 407, μειζονώτερος, ὑπερτερώτερός τε καὶ χερειότερος καὶ ῥηΐτερος καὶ πλειότερος fr. 453, quorum testes exhibet Hermannus.

## §. 3. B. *De nominibus compositis.*

Huic parti, in qua tragici sermonis robur cernitur, ante omnia recta distinctione opus est in tanta terminationum et compingendi modorum varietate. Veteres autem grammaticos solam fere commissuram spectantes, rectam distinctionis rationem constat non invenisse. Nam quatuor componendi modi quos fere ponunt, ex duobus integris vocabulis (ut ζωηφόρος, ἀπόθυμος), ex duobus corruptis (ut ἔμψυχος, δηξικάρδιος), ex corrupto et integro (ut οἰνοχόη), ex integro et corrupto (ut ὀνομάκριτος, λαόσσοος, ἐκπάτιος): quis est qui sic putet productionibus vocalium et consonarum in commissura assimilatione rationem membrorum et significationem totius vocabuli apte posse determinari? Neque multo probabilius recentiores distinxerunt ex partibus orationis, ad quas singula compositi membra pertineant. Optime vero Indorum grammatici compositionis rationes et leges non sui tantum sed humani sermonis perspexerunt, quorum ordines quum G. Curtius in grammatica scholis destinata

repetisset [1]), non dubitavi meo opusculo adhibere. Ille quidem, ut positurus regulam ante exceptiones, tres tantum frequentissimos ordines posuit: attamen quinque ad graecum sermonem, ad Aeschyli glossas quatuor pertinent de ordinibus qui ab Indis sic distinguuntur:

1. Copulativa appellantur, quae ex notionibus coordinatis constant (quibus verbis utor post Lobeckium paral. p. 367.) hoc est, ex duobus substantivis vel adiectivis recto casu positis, et, si solvas, particula *et* coniungendis. 2. Possessiva sunt adiectiva quorum praecedens membrum est substantivum aut adiectivum aut numerale aut particula, subsequens semper est substantivum, et quae substantivis quibus apponuntur possessionem rei significatae adscribunt. 3. Determinativa sunt quorum subsequens membrum substantivum aut adiectivum membro praecedente definitur et determinatur, ut dicam quomodo possum, qualitative. Ergo membrum determinans adiectivum adverbialiter positum erit aut adverbium aut praepositio. Rarissime adiectiva notio servatur. 4. Obiectiva sive composita dependentiae [2]) sunt quorum alterum membrum casu obliquo pendet ex altero. Membrum suspensum substantivum est aut adiectivum substantive positum, membrum regens substantivum aut adiectivum aut stirps verbi est in adiectivum transfigurata. 5. Collectiva appellantur, quae τὸ εἶναι indicantia ex numerali et substantivo constant, veluti *quadrivium, decemvir*, πεντάπολις, τέθριππον. Et omnino rara sunt et in Aeschylo nulla. 6. Indorum adverbia nobis omittenda.

Priusquam autem genera recenseo, quibus Aeschylus usus fuerit, breviter dicam quibus abstinuerit. Pleraque composita binis membris constant; inveniuntur tamen etiam notiones ternae vel plures interdum consociatae, neque solum apud comicos, velut Aristophanea illa monstra animi causa procusa, sed etiam apud auctores sequioris aetatis, veluti in Polybio et Anthologia. Aeschylus vero haec prorsus infra cothurnum censuit; nam unicum πεδιοπλόκτυπος βοά Spt. 83 c. (hoc esset πεδιοκτύπος καὶ ὁπλόκτυπος) falsa lectione nitebatur. Aliud genus est binorum membrorum, quorum vel alterum vel utrumque compositum est. Sed hoc quoque genere poëta tam parce tamque caute usus est, ut composita ex duobus declinabilibus non iterum cum

1) Ante eum Duentzerus iis usus est in libro „die Lehre von der lateinischen Wortbildung und Composition.“

2) His appellationibus utor auctoribus G. Curtio et Boppio. Praestat autem Curtii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000017

declinabili sed tantummodo cum praefixis α, ευ, δυς, composuerit, ut ἀνελληνόστολος Sup. 221, εὐκοινόμητις Sup. 670. Quare vereor ne Erfurdtii coniectura ferri nequeat Cho. 725.

πρὸς μὲν οἰκέτας
θετυσκύθρωπον ἐντος ὀμμάτων γέλων
κεύθουσ᾽,

pro 'θέτο σκυθρωπόν, i. e. „adoptivae maestitia signa simulantem risum oculis celans“: nisi quis dicere velit in σκυθρωπός compositionis notam usu quotidiano fere evanidam esse, ut in σώφρων et μέτωπον unde μετωποσώφρων Sup. 184. Paullo frequentius deprehenduntur, quorum alterum membrum declinabile est, alterum ex declinabili et particula constat, ut ἀωρόνυκτος Cho. 33, δυσοδοπαίπαλος Eum. 379, ἀπειρόδακρυς Sup. 68. Verum quod Hermannus scripsit Cho. 962. τύχᾳ δ' εὐπροσωποκοίτᾳ et forma iugulatur et loci sensu [1]). Minimam denique offensionem habent, quorum alterum membrum indeclinabile est, alterum ex declinabili et indeclinabili componitur, ut δυσεκτέλευτος δυςπαράβουλος. Sed haec hactenus.

## §. 4. I. *Copulativa.*

Lobeck ad Phryn. p. 600: „Apparet pleraque ex tempore ad similitudinem paucorum publice receptorum efficta et cum auctoribus ipsis et nata esse et occidisse.“ Et p. 304: „Quippe haec vocabulorum, quibus notiones coniugatae continentur, conglutinatio potissimum in vitae quotidianae usu regnat.“ Brevitatis studio igitur talia prodierunt, ut vulgata ἁρμάμαξα, θεόταυρος, κυναλώπηξ, aut negligentia vel perverso novi aliquid fingendi cupidine, ut Byzantinorum monstra ἀνδρογύνη, τοξοφαρέτρα, τὰ γυναικοπαῖδα. Aeschylus habet ἰατρόμαντις, ἰατρὸς igitur καὶ μάντις Eum. 62 de Apolline Sup. 250 de Apide Ag. 1592 de poenis quibus vesanus furor sanatur, ὀνειρόμαντις Cho. 32 c. *somnium vaticinans* (Pollucis interpretatio VII, 138. μάντις ὀνείρων a sensu repudiatur). Ambiguum est τίς ποτ᾽ ἔσθ᾽ ὁ μουσόμαντις fr. 62, quod vocabulum Aristophanis irrisionem passum est Av. 277: potest enim esse

---

1) Locus sic legendus:

τύχαι δ᾽ εὐπροσώπῳ κοίτᾳ τὸ πᾶν
ἰδεῖν θρευμένοις
μέτοικοι δόμων πεσοῦνται πάλιν.

*musa vates* et *vates musarum.* Vere copulativa etiam sunt ἱππαλεκτρυών et γρυπαίετος fr. 137 et Ranae 829 animalium illa monstra (quorum simillimum τραγέλαφις vix dicas quo iure Pott. Etymol. Forschungen II. p. 385 *collectivis* adnumerare potuerit). — Adiectiva sunt *μελαμβαθὴς κευθμὼν Ταρτάρου Pr. 221 *obscurus et profundus* Eur. Phoen. 1624, Soph. fr. Pol., Apoll. Rhod. IV, 516, *ἀνδρόπαις ἀνήρ Spt. 514. Soph. fr. 551, *vir qui et puer et vir est,* ὀξυπευκὲς ξίφος Cho. 630 c. *acutum atque amarum,* λάχη δυσοδοπαίπαλα Eum. 379 c. sors *invia et scopulosa,* et ὀξογλύκειαν ῥόαν fr. 329. Sed μελαμπαγὲς αἷμα Spt. 718 quod Blomfieldus interpretatus est *niger et concretus* determinativis reddendum est, quia παγής solutum non exstat.

## §. 5. II. *Possessiva.*

Adiectiva sunt omnia. Membrum subsequens semper e substantivis sumtum est, praecedens est substantivum aut adiectivum aut numerale aut interdum adverbium.

### a. Ex duobus substantivis composita.

Ex subsequente pendet praecedens membrum genitivo saepissime, rarissime dativo: qua genitivi frequentia haec, quae τὸ ἔχειν indicant, distinguuntur ab obiectivis similibus, quae τὸ εἶναι. Nam haec accusativum aut dativum, genitivum rarissime habent. Possessivorum autem genitivus aut simplex possessivus est ut in λεοντόθυμος, κυνοπρόσωπος, *animum leonis habens,* aut partitivus cui in versione adiectivum materiale facillime substituitur, ut in ῥοδοδάκτυλος, λινοθώρηξ, i. e. ἠὼς ἔχουσα δακτύλους ἐκ ῥόδων πεποιημένους vel simpliciter *digitos roseos.* Saepe autem — neque in hoc genere solum — si membrum postpositum est substantivum verbale, dubitatio oritur, verene substantivum an stirps verbalis sit: qua in re significationis quoque ambigua saepe auctoritas est.

A simplicissimis exordior iis, quorum utrumque membrum primae aut secundae declinationis est: λινόπτερ' ὀχήματα Pr. 469 *alas linteas habens,* λινόδεσμος σχεδία Pers. 69 c. *vincula lintea habens,* κυκνόμορφοι κόραι Pr. 796 *formam habentes cycnorum,* ταυρόφθογγοι μῖμοι fr. 58, 7. an. *taurorum vocem reddentes,* χαλκοκέραυνος λίμνα fr. 202, 3 an. *aëneis fulminibus praeditus* vel *dives,* quae significatio quum optime loco convenire videatur, non debebat vocabulum ab Hermanno in suspicionem vocari. Sequuntur, quae membrum praecedens tertiae declinationis habent:



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000019

*δρακοντόμαλλοι Γοργόνες* Pr. 800 *lanam ex anguibus habentes*, *μυκτηρόκομπα πνεύματα* Spt. 445 *superbia equorum cum flatibus narium coniuncta*, de qua hypallage infra dicetur, **βούχιλον λειμῶνα* Sup. 525 c. Anth. Pal. 6, 108 *boum nutrimenta habens*, *ἀνδρόβουλον κέαρ* Ag. 11 *cor consilii virilis*, *γυναικόβουλοι μήτιδες* Cho. 616 c., *ἀνελληνόστολος ὅμιλος* Sup. 221 ex em. Bothii, *coetus habitum non graecum ostendens*, et **μελιγλώσσαις ἐπαοιδαῖσιν* Pr. 173 an., quod in parodia est apud Aristophanem av. 708. — Membrum alterum a tertia declinatione ad alteram traductum est: *φλογωπὸν πῦρ* Pr. 255 et *σήματα* v. 500., eiusque paraschematistum *ἀντολαὶ φλογῶπες* v. 792 et *πυρωπὸς κεραυνός* v. 668 *ignis adspectum habens* et feminina forma *τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ* Pr. 134 c. *severam speciem habens*, *ἀργυρότοιχος δροίτη* Ag. 1505 an. *argenteis parietibus instructus* (mutata vocali: similia apud Lobeckium paral. p. 245). Cetera a neutris in $\overline{ος}$ non ad aliam declinationem transducta sunt: * *χρυσοφεγγὲς σέλας* Ag. 273 Eur. Phaët. fr. 10, *γυιοβαρὲς πάλαισμα* Ag. 63 an. *luctatio membrorum gravitatem secum ferens*, *γυναικοπληθὴς ὅμιλος* Pers. 122 c. *concio mulierum multitudine effecta*, *ἀρσενοπληθὴς ἑσμός* Sup. 29 an., *χερομυσὴς φόνος* Cho. 64 c. et *θεομυσὴς ἀνὴρ* Eum. 40 *manuum* et *deorum contaminationem afferens*, **κυνοθρασὴς* Sup. 728 c. Theocr. 15, 13 *canis audaciam habens*, *σιδηρόφρων* Pr. 243 *σ. θυμός* Spt. 53, *ἁ κυνόφρων Σκύλλα* Cho. 611 c., *βυσσόφρων Ἐρινύς* Cho. 638 c. *mentem habens ferream, caninam, profundam*.

b. Ex adiectivo aut numerali et substantivo.

Adiectivorum formativae terminationes abiiciuntur ante vocalem, ante consonam $\bar{ο}$ et $\bar{υ}$ plerumque retinentur. Pauca liberius vagantia notabuntur.

Substantivum primitive primae aut secundae declinationis fuit: *ὑψηλόκρημνος πέτρα* Pr. 5 *altis praecipitiis praeditus* (aliud est *ὑψίκρημνος*), *ὀρθοβούλου Θέμιδος* Pr. 18 *recta habens consilia*, **βαθύβουλος φροντίς* P. 141 an. Const. Man. Chro. 112., *κοινόλεκτρος* Ag. 1406, *κ. δάμαρ* Pr. 557 c. *communem torum habens*, **ὁ αἰνόλεκτρος Πάρις* Ag. 687 c. Lyc. 1553, *δοχμόλοφοι ἄνδρες* Spt. 108 c. *obliquam cristam gerentes*, **ὠμόσιτος Σφίγξ* Spt. 522, Eur. Bacch. 337, Lyc. 654, *πικρόκαρπος ἀνδροκτασία* Spt. 674 c., *πικρόγλωσσος ἀρά* Spt. 768 c. *amarae dirae oris* (v. inf.)' *χρυσεόστολμος δόμος* Pers. 158, *φαιδρόνους γλῶσσα* Ag. 1188 *lingua serenae mentis*, *θερμόνους* Ag. 1132, **θηλύνους* Prom. 1007 Phot. et Zonaras, *κακόσπλαγχνοι πολῖται* Spt. 220 *ignava viscera i. e. animum habentes*, **θρασυσπλάγχνως* Pr. 731, Eur. Hipp. 424, *σεμνότιμος ἀνάκτωρ* Cho.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000020

325 c. *honorem habens reverendum*, μεγιστότιμος δίκα Sup. 679 c. Cetera ut ξενότιμος a verbo derivantur, ἁβρότιμος autem Ag. 667 c. (ἐξ ἁβροτίμων προκαλυμμάτων — ἔπλευσε) corruptum et cum *ἁβροπήνων π. Eur. I. T. 814, Lyc. 863, quod Salmasius Aeschylo vindicavit, censeo commutandum esse, quamvis ab Hermanno defendatur (infeliciter meo iudicio) voce Euripidea ἁβρόπλουτος I. T. 1144. Quid enim sunt *velamina teneri honoris*? At *velamina tenerorum filorum* optime dicuntur. *Ἀρχαιόπλουτοι δεσπόται Ag. 1002 Soph. El. 1393 (ib. v. 72 est ἀρχαίπλουτος), ἰσόψυχον κράτος ἐκ γυναικῶν Ag. 1438 *robur eiusdem animi apud feminas* sc. quam apud viros (memorabili ratione dictum, quia cetera composita cum ἴσος aliter intelligenda sunt), λιπαρόθρονος ἐσχάρα Eum. 795, λεπτοψάμαθα προστόμια Sup. 3 an., πολυψάμαθον χῶμα v. 836 quod Herm. scribit *πολύψαμμον Anth. Pal. VII, 14 *tenuem et multam arenam habens*, πυρσόκορσος λέων fr. 115 *rubros capillos habens*, ταχύπτεροι πνοαί Pr. 88, ταχύμορον κλέος Ag. 465 c. *celerem interitum nactus*, *ὀξύπρῳρος αἰχμή Pr. 423 Opp. Hal. 3, 333 *acutam cuspidem habens*, *ὀξυκάρδιος Spt. 881 Ar. Vesp. 430, v. 1004, 404 *cor irritabile habens*, αἰπύνωτος Δωδώνη Pr. 831 *iuga praecipitia habens*, πολύβοτος αἰών Spt. 755 c. *pecudibus uber*, ὑστερόποινος Ἐρινύς Ag. 58 an. ἄτα Cho. 578 c. *posteram criminis poenam afferens*, ὠκύποινος παρβασία Spt. 724 c. *citam sui poenam habens*, φοινικόπεδον χεῦμα θαλάσσης fr. 202, an. τὸ μελανοστέρφων γένος fr. 356 de quo Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 1348 στέρφος δ' ἐστὶ τὸ δέρμα, πολυηλακάτους ποταμούς fr. 10. — Addo quorum membrum praecedens numerale est: Πρωτόμοιρος P. 563 c. *primam caedem passus*, *μονόψηφον νεῦμα Sup. 358 c. *nutus suffragium unicum ferens*, quod sensu paullum alio Pindarus quoque finxit Nem. 10, 6 et μονόσκηπτρος θρόνος v. 359 c., μονορρύθμους δόμους Sup. 928 *unum habentes ordinem*, i. e. *dominum*, μονόδους Pr. 797 (hic enim addam ea quoque quae tertiam declinationem migrant) διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν Ag. 43 an., *δίλογχος ἄτη Ag. 621 Cratin. apud Hes. *pernicies duas (i. e. adversarias) hastas habens i. e. bellum*, δίφροντις Cho. 192 *duplicem curam habens*, τρίχαλον κῦμα Spt. 741. c. proprie *tres habens ungulas*, sed videtur, ut δίχαλος est *bifidus*, nihil esse quam *trifidus*, *triplex* (v. Lobeck ad Phr. p. 629 et Hermanni notam), τρίμοιρος χλαῖνα χθονός Ag. 839, *amictus humi tribus partibus* i. e. *tribus sepulcris constans*, et fortasse huius contrarium τρισσόζοος fr. 428 siquidem recipimus quod Hermannus posuit pro τρισόζυος, τριτόσπονδος αἰών Ag. 231 c., *vita tertiae libationis*, i. e. *felicissima*, quia illa Iovi σωτῆρι fiebat, δίρρυμά τε καὶ

τρίρρυμα τέλη Pers. 48 an. *ordines biiugi et triiugi*, πεντηκοντάπαις γέννα Pr. 855 Sup. 306, δεκέμβολον ναῦν fr. 136 (schol. Ar. Av. 1256 ad vocem τριέμβολον) *navem decem rostris instructam*, nisi potius interpretari malis τὴν δεκάκις ἐμβαλεῖν δυναμένην, ἑκατογκάρηνος Τυφών Pr. 355, τοσουτάριθμον πλῆθος Pers. 427.

Ex iis quae substantivum tertiae continent Aeschylus praeter δίρρυμα et τρίρρυμα ad secundam declinationem nulla fere nisi cum στόμα et ὤψ composita traduxit: *ὀξύστομος μύωψ Pr. 675 γρῦπες v. 804 quod apud Aristophanem vesparum epitheton est, ἐλευθερόστομος γλῶσσα Sup. 911, *χαλκόστομοι ἐμβολαὶ νεῶν P. 410 sensu substantivi translato, sed proprio Soph. Ai. 17, αἰολόστομος χρησμός Pr. 662 *vaticinatio varii oris, i. e. ambigui sensus*, σεμνόστομος μῦθος Pr. 957, θρασυστόμοις ἀνδράσιν Spt. 593, γλῶσσα Ag. 1359, Eur. Ag. fr. 5; μυριωπὸς βούτης Pr. 566 *Argus mille lumina habens*, *φαιδρωπός Ag. 700 c. Eur. Or. 892, et denique dubium ἐν μανοστήμοις πέπλοις fr. 434 *brevia stamina habens*, quod μανοστημόνοις scribendum. — Ad primam transiit Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ Pr. 18 *profundae mentis*, cui addo αἰσχρόμητις παρακοπά Ag. 209 c., εὐκοινόμητις ἀρχά Sup. 670 c., μεγαλόμητις Ag. 1387 c. de Clytaemnestra; verum non solum feminina sed etiam ubi metrum poscebat masculina in tertia declinatione retinuit: οἱ δολομήτιδες Sup. 720 c. Rariore paragoga χιλιοναύτης στόλος Ag. 45 an. (classis Argivorum) a χιλιόνους productum nec vero cum ναύτης compositum esse recte iudicavit Loceck paral. p. 237. Simile est πολύχειρ καὶ πολυναύτης Pers. 83 c. (ubi vel tautologiae vitandae causa de navibus potius quam de nautis cogitandum est). Ex iis quae in tertia declinatione permanserunt terminationem incorruptam ea conservant quae a substantivis aut monosyllabis et immobilibus (de quibus cf. Lobeckii paral. diss. III.) aut in ῑς et ῶν exeuntibus descendunt. Recensitis addo *ὀξύχειρ κτύπος Cho. 23 c. quod quamvis possessive vix verti possit, aliter tamen intelligi nequit, Pollux II, 49 ex Menandro, Theocr. 20, 2., κελαινόχρως καρδία Sup. 755 c. (ut librorum μελανόχρως emendavit Lachmannus), μελαναιγὶς ἐρινύς Spt. 680 c. *furia atram procellam secum ferens*, κακοφάτιδα βοάν, κακομέλετον ἰάν P. 915 c. (quorum alterum a μελέτη: ceterum de his cf. Lobeck paral. p. 239, prol. pathol. p. 455) i. e. *clamor lugubris*, βαθύχθων αἶα Spt. 288 *terra profundam i. e. fertilem humum habens*, μελαγχίτων φρήν Pers. 113 c. pulcherrima imagine dictum, ἁβροχίτων εὐνή Pers. 538 c., φαιοχίτωνες γυναῖκες Cho. 1046 furiae *pullas tunicas habentes* (quod notandum propter productionem brevis vocalis in arsi). Ea autem quae mutatam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000022

terminationem habent haud raro hanc ipsam ων acceperunt, veluti composita cum φρήν, quae constat in synthesi terminationem in parathesi declinationem mutare, παλαιόφρων Eum. 825 c. Sup. 577 c. *vetustam sapientiam habens*, περισσόφρων Pr. 330 *mentem sive sapientiam habens ultra necessitatem*, *δολιόφρων Ἑρμᾶς Cho. 935 c., Eur. I. A. 1301 (Ἑρμᾶς H. L. Ahrens reposuit pro ποινά quod e v. 924 irrepserat), κελαινόφρων μήτηρ Eum. 451, γεραιόφρων Sup. 346 c., βλοσυρόφρονι χλιδᾷ Sup. 802 c. *superbia horrendae mentis*, neque dubito Aeschyleis addere ὁσιόφρονα λύσιν, quod Sup. 797 c. Hermanni insuperabilis sagacitas tandem retexit e ductibus ἰὸφ ὂμ αὖθι κ. τ. λ. Qua in re ne quis *solutionem sanctae mentis* (vel *voluntatis* vel *consilii*) contortius dici censeat, admoneo, nihil fere ab Aeschylo audacius fictum esse compositis cum φρήν, velut οἰόφρων πέτρα Sup. 764 c. *rupes solitariam agens meditationem*, quo nihil est sublimius, γόος δαϊόφρων Spt. 893 c. *cogitationes hostiles volvens*, διχόφρων πότμος Spt. 878 c. *sors vel mors adversam voluntatem habens* h. e. πότμος τῶν διχοφρόνων ἀδελφῶν (a δίχα adverbio). Profecto non mirum talia fuisse ἀγνῶτα τοῖς θεωμένοις ἃ ξυμβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον ἦν. Cetera in ων a neutris in μα veniunt, ποικιλείμων νὺξ Pr. 24, *μεγαλοσχήμων τιμά Pr. 468 c. Theoph. C. Pl. 2, μαλακογνώμων Ζεύς Pr. 190 c. (a γνῶμα), δμωΐδες καινοπήμονες Spt. 344 c. *novum infortunium passae*, πρωτοπήμων παρακοπά Ag. 210 c. *primum malum continens* (cf. etiam infra αὐτοπήμων), ὅρους θεσπεσίας ὁδοῦ κακορρημόνας Ag. 1114 c. *terminos infaustis vocibus praeditos*, πολυαίμων ἀποκοπὰ κρατός Sup. 808 c. A nominibus in ηρ composita partim in ωρ terminantur partim ad secundam transeunt (Lobeck paral. p. 212): κοιλογάστωρ κύκλος (clypeus) Spt. 478, λύκοι v. 1019. Sed διδυμάνορα κακά Spt. 829 c., quamvis forma reprehensione careat, tamen tam impeditum est vertenti, ut metri causa corrigentibus non refragemur, etiamsi nullam adhuc coniecturam probemus. Terminatio ος neutralis denique in compositione haud rarius in ος secundae quam in ης tertiae deflectitur: πολυεπεῖς τέχναι vatum Ag. 1093 c., ἑπτατειχεῖς ἔξοδοι Spt. 267, quod ob audacissimam hypallagen insigne est. Ambigua sunt ἀκροπενθεῖς Περσίδες Pers. 134 c. *summam miseriam habentes*, et κόραι Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς Eum. 792 et v. 809 c., quia et a verbo possunt et a substantivo verbali deduci; neque aliter se res habet in μελεόπονος et μελεοπαθής Spt. 935 c. epithetis illis threneticis fratrum Thebanorum, quae fortasse rectius *misera agens* (sed tum scribendum μελεοπόνος), *misera passus* vertas quam *miserum laborem, miseram sortem habens*.

Quaedam seposui ob liberiorem commissuram. *Καλλίπρωρον βλάστημα* Spt. **514**, *στόμα* Ag. **221** c. *pulcrum os habens* more vetusto formativum *ι* retinuit. Composita cum *μέλας* eiecta vocali ut *μελάγκροκος θεωρίς* Spt. **835** c. *nigra stamina i. e. vela habens*, *μελαγχίτων φρήν* Pers. **115** c. vix iure inter irregularia recensentur in tanta similium frequentia v. Lobeck ad Phr. p. **666**, **671**, **672**. Audacius tamen *μελανθὲς γένος* Sup. **136** c. formatum est tota syllaba velocitatis causa recisa, quae duplicanda fuisset (*μελαναν-θές*): significat enim *nigrum florem i. e. colorem habens*. Simile est *βδελύκτροπος* Eum. **54** pro *βδελυκτότροπος abominandos habens mores*. Vocales elisae etiam in **κραταίλεως χθών* (*κραταιόλεως*) Ag. **644** Eur. Hel. **534** *terra validis saxis uber* (quod unicum exemplum atticae declinationis in compositis est) et **ἀμβλωπὸς βίος* Eum. **942** an. Eur. Rhes. **757** (pro *ἀμβλυωπός*).

Addo denique partem compositorum cum *αὐτός*. Quae vox subolem tam uberem tamque variam traxit, ut neque a nobis neque a Romanis aequa possideretur, et plerumque circumscribi quam verti facilius pateretur. Ex quibus illa quae adiectiva sunt et substantivum continent sine dubio possessive interpretanda sunt. Pleraque certam quandam rei partem ipsi rei adscribunt, veluti arborum epitheta *αὐτόκομος*, *αὐτόρριζος una cum radice*, vel Plutarchi *αὐτόδορος cum ipsa pelle*. Horum neque Sophocles neque Euripides multa habent, sed Aeschylus: *αὐτότοκον πτάκα* Ag. **129** c. *leporem cum ipso fetu*, *αὐτόχθονον ἔθρισεν δόμον* Ag. **514** *cum ipso fundamento* (de quo Hermannus: „quum *αὐτόχθων* eum significaret qui in ipsa terra natus esset, alia forma opus esse videbat poëta, si dicendus esset, qui cum ipsa terra aliquid pateretur,“ cf. etiam Lobeck paral. p. **202**) *αὐτόκωπα ξίφη* Cho. **158** c. *cum ipso manubrio*. In nonnullis possessiva notio gliscit, *αὐτόβουλος ἴσθ'* Spt. **891** i. e. *τὴν σαυτῆς βουλὴν ἔχουσα*, *γόος αὐτοπήμων* Spt. **891** c. *ipsa aut ipsius mala habens*, *αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ* Sup. **8** an. *virorum horror qui in ipso genere versatur*, **αὐτόφορτος σάγῃ* Cho. **661** *ipse onus habens armaturâ* Soph. fr. **256** quod apud Plut. Aem. P. **9** *αὐτόφορτοι νῆες* prioribus similiter usurpatur.

## §. 6. III. *Determinativa*. Karmadhâraya

Haec appellatio pauca substantiva sed adiectivorum ingentem multitudinem comprehendit. Membrum praecedens aut adiectivum aut adverbium aut praepositio est, subsequens aut ad nomen aut ad verbum respicit. Quae cum ita sint tres ordines sua sponte distinguuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000024

a. Ubi membrum praecedens adiectivum est.

Hic tripartitus ordo est. Etenim quum in plerisque praecedens membrum non aliter possit quam adverbialiter verti etiamsi subsequens sit denominativum: sunt tamen etiam, quorum adiectiva propriam significationem conservaverint et in compositione eundem sensum habeant qui fuisset appositorum. Haec copulativis adeo proxima sunt, ut a Lobeckio paral. p. 267 uno cum illis termino circumscribantur. Sed de singulis cautione opus est, ne syntheta habeantur pro parathetis. Ab indubitatis incipiam. Aeschylus quum ὦ πάτερ αἰνόπατερ i. e. αἰνὸς πατήρ Cho. 312 c. fingeret contra vulgarem regulam αἰνοπάτωρ poscentem (Homericum illud μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ secutus et licentiam, quam prae ceteris a Musis acceperat, ut exilia analogiae praecepta generose contemnere posset): viam aperuit, ut iudicat Lobeck paral p. 273, Euripidi (αἰνόπαρις αἰνόγαμος) et aliis, quorum imitatoria plasmata ex hoc uno exemplo fluxerunt. *Γαῖα πρωτόμαντις* Eum. 2 nihil est quam πρώτη μάντις, neque aliter πεύθομαι αὐτόμαρτυς ὤν Ag. 956 c. et τάδ' αὐτόδηλα Spt. 828 c. et κελαινόβρωτον ἧπαρ Pr. 1029 intelligi possunt quam αὐτὸς μάρτυς et αὐτὰ δῆλα et κελαινὸν καὶ βρώσιμον. Neque dubito de πόλιν νεόπτολιν ἀντεπύργωσαν τότε Eum. 683 quin significet *novam urbem;* videtur etiam μονόφρουρον ἕρκος Ag. 242 c. *unicum et custodiens* esse. Denique aliquo iure θεομήστωρ Pers. 657 c epitheton Darii, quo phrasis Homerica θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος compendio redditur, solvi possit θεῖος μήστωρ vel θεὸς καὶ μήστωρ: praestat tamen intelligere μήστωρ θεῶν i. e. deorum voluntate. Sed ἱππιάνακτας Pers. 967 c. quod Blomfieldus putabat idem esse ac ἵππι' ἄναξ Πόσειδον Ar. Equ. 551, et οἰοβούκολος πανόπτης Sup. 289, quod Wellauerus interpretatur *pastor solitarius*, a Lobeckio paral. p. 287 et 373 obiectivis vindicata sunt. Significant autem *dominum equorum* (qui alias ἱππῶναξ dicitur) et *pastorem unius vaccae.*

Exactis quae copulativa aut erant aut putabantur transit disputatio ad ea, quae ex adiectivo adverbiali et denominativo constant. Quorum nonnulla significationem possessivis admodum vicinam habent, nisi accurate distinguas τὸ ἔχειν et τὸ παρέχειν: velut πνοαὶ κακόσχολοι Ag. 180 c., ut hoc exemplo utar, potest significare τὰς κακὴν σχολὴν ἐχούσας i. e. παρεχούσας; aptius tamen verti puto *infauste retardantes.* Βαρύδικος ποινά Cho. 924 c. *graviter iusta,* *πολύθρηνος ὕμνος Ag. 686 c. αἰών 688 c. Nonn. Io. c. 11 Luc. Halc. 1 Himer. p. 880 *multum defletus*, πρᾶγος νεόκοτον Spt. 784 quod interpretantur *novum* exstincta notione irascendi ut in παλίγκοτος et ἀλλόκο-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000025

τος cf. Lobeck. ad Ai. v. 127, quae certe in βαρύκοτος Eum. 772 et 799 c. *graviter iratus* viget atque valet. A tertiae declinationis nominibus descendit πολυσινοῦ (libri πολυσινοῦς) κυνὸς δίκην Cho. 441 c. *saepe nocens*, quam Hermanni emendationem recipio non sigmatismi vitandi causa (cf. Lobeck paral. p. 53), sed quia terminatio ης in hoc certe genere passivae significationi videtur reservata esse. Unum est tertiae declinationis πολυμνήστωρ Sup. 519 c. *valde memor*. Pauca quaedam ac plana omnia ex duobus adiectivis constant: εὐθυδίκαιοι δ᾽ οἰόμεθ᾽ εἶναι Eum. 309 an. *stricte iustae*, γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι Eum. 976 an. *recte iustae* (de quo dubitabat Lobeck paral. 247), βαθυχάϊος Sup. 825 c. *antiquitus nobilis* (χαοὶ sunt nobiles maiores, χάϊος est apud Hes.), κτήνη δημιοπληθῆ Ag. 124 c. *publice plena*. Addo Μῆδος βαθυχαιτήεις v. 4 epitaphii, et ἔγχος ὀπισθοβριθές fr. 401 compositum ab adverbio, et Hermanni denique coniecturam elegantem μεγιστοσωφρόνως Eum. 44 *sapientissime*, quam proposuit in locum lectionis ληνεῖ μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον.

Venio nunc ad longam seriem quam non facile oculis comprehendas adiectivorum terminationibus ος, τος, ης vel ετης a verbis inductorum. Derivantur autem a quatuor stirpibus potissimum: praesentis, perfecti secundi, perfecti passivi, aoristi secundi (cf. Lobeck parerga ad Phr. c. II. §. 3). Sed quoniam, ut ille loquitur p. 574, haec omnia multis modis inter se variant, ut ne definiri quidem semper possit quid a quo ortum sit, quum praesertim aoristi et perfecta secunda persaepe in praesentis simplicis et primitivi quale quidem in arte ponitur similitudinem incurrant: secundum terminationes potius glossae in suam quaeque quasi tribum inscribentur.

Terminatione ος radicale ε haud raro in ο commutatur, vel potius, ut grammatici amant dicere, adiectivum a perfecto secundo deducitur: quo facto, si verbum transitivum fuit, accentu aut penultimae aut antepenultimae imposito adiectivi significatio aut activa aut passiva indicatur. Λεπτόδομον πεῖσμα Pers. 110 c. *tenuiter exstructus*, δαίμονες ὀρθονόμοι Eum. 948 c. *recte retribuentes*, ταχύπομποι διωγμοί Sup. 1018 c. *persecutiones celeriter expeditae* i. e. *celeres*, νεοδρόποις κλάδοισι Sup. 339 *modo decerptis*, ὀξύμολπον οἴμωγμα Spt. 1007 c. *magna voce cantatum*, κραιπνοφόροι δέ μ᾽ ἔπεμψαν αὖραι Prom. 132 c. *velociter ferentes*, μεγαλόστονον πῆμα Prom. 413 c. *valde deflendum*, πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος Eum. 710 *primo necantis*, πολύδρομος φυγά Sup. 707 c. *in qua multum curritur*, πολύδονος πλάνη Pr. 789 *multifariam circumagitata*, θηλύσπορος γέννα Pr. 875, et τριτόσπορος γονή Pers. 820. — A verbis puris descendunt: πλατύρ-

ῥους Νεῖλος Pr. 854 (cf. infra ἁγνόρρυτος), ἁβρογόοι Περσίδες Pers. 536 c. *leni voce eiulantes*, μιξοθρόος Spt. 314 c. *diverse clamans*, *πολυθρόοι μάται Sup. 789 c. *crimina vociferantia* Eur. I. T. 727 Anth. App. 109 Euseb. — Succedant barytona quorum vocalis non mutata est: πολύρροθα φροίμια Spt. 7 *carmina valde strepentia*, ταχύρροθοι λόγοι Spt. 268, *πολύπλανοι πλάναι Pr. 585 c. Eur. Phoen. 665 Nonn. et quod huic respondet, τηλέπλανοι πλάναι Pr. 575 c. repositum a Seidlero; addo βαθύτιμοι θέοι Sup. 24 an. *in profundo honorati* emendationem Hermanni verisimillimam. Sed νεοθήλου βότου σφαγαί Eum. 441 recte ab Abreschio νεοθηλοῦς scribi videtur, quo facto ex Aeschyleis glossis abscedit.

Terminatio τος oxytonôs scripta adiectivis verbalibus, quae proprie vocantur, peculiaris significationem suam (participii passivi aut gerundivi) compositis etiam intulit quae accentu gravato distinguuntur (cf. Lobeck paral. Diss. VII, parerga ad Phr. p. 489). Νεόρρυτον ξίφος Ag. 1311 *nuper detractus* a ῥύομαι, cum quo non confundendum ἁγνόρρυτος ποταμός Pr. 435 c., κραιπνόσυτος θᾶκος Pr. 281 c. *sedes celeriter agitata*, i. e. aër, λαβρόσυτος, Pr. 601 c. *vehementer agitata*, *κλάδοι νεόδρεπτοι Sup. 319, Theocr. 268 Opp. Hal. 198, κακόστρωτοι παξήξεις Ag. 534 *male stratus*, πολύχωστος τάφος Cho. 374 *multo aggere in altum exstructus*, δίκας ὀξομηνίτου φόνου Eum. 464 (hanc librorum scripturam rectam esse Hermanni causa moneo, qui scholium secutus scripsit ὀξυμηνίτους. At non dicitur *iratum caedis iudicium*, sed *iudicium caedis acri ira patratae*), νεάγγελτος φάτις Cho. 723, ἀκριτόφυρτος γᾶς δόσις Spt. 341 *mixta sine discrimine*, addo etiam τὸν τριπάχυντον δαίμονα Ag. 1444 Bambergeri coniecturam.

Terminatio ης uberrimam subolem habet. Invenitur autem et in prima et in tertia declinatione; ex quibus ης tertiae oxytona, cui tempori suffigatur et qualem significationem habeat, definiri nequit: ης primae, gravato accentu, ad praesens et activum pertinet. Huius unicum exemplum certum est γόον ὀξυβόαν Ag. 57 an. planctus (aquilarum) *alte clamans*. Nam quid de οὐριοστάταν νόμον Cho. 808 c., loco desperato, dicam, quod schol. (et post hunc Hermannus et Wellauerus) interpretantur οὐρίως σταθέντα i. e. *prospere institutum*, H. L. Ahrensius autem ingeniose mutavit in θυροστάταν? Auriculas demitto. Alterius terminationis sunt φῶς, αἰνολαμπὲς σίνος Ag. 372 c. *infauste splendens*, ὁμοιοπρεπεῖς ξυγχαίρουσι Ag. 758 an. *similiter apparentes gaudentibus*, ἀρχαιοπρεπής Pr. 468 c., ἐπασσυτεροτριβῆ χειρὸς ὀρέγματα Cho. 421 c. *celeriter alternatim inflictae manuum porrectiones*, vocabulum γομφοπαγές, quod homini minus musico intelligendum est *ictus manuum*

*celeriter porrectarum*, τοῦδε πιστὴ ξύνευνος, ναυτίλων δὲ σελμάτων ἰσοτριβής Ag. 1406 *pariter morata* i. e. itineris maritimi consors (conviciatur Clytaemnestra Cassandrae) — nam quod Hermannus proposuit ναυτίλοις δὲ σέλμασιν ἰ. „nautis aeque cum transtris trita" vel Clytaemnestra loquente inhonestius est — πλανοστιβὴς χθών Eum. 79 *terra erratim permeata*, εἰκὼν βροντῆς βαρυταρβής fr. 58, 10, σώματα πολυβαφῆ Pers. 270 c. *saepe mersa*, λευκοστεφὴς ἱκτηρία Sup. 178 *albo ornatu ornata*. Coniugationis secundae sunt καινοπηγὲς σάκος Spt. 623 *nuper coaptatus*, ὠμοδακὴς ἵμερος Spt. 673 c. *crudeliter mordens*, μεγαυχὴς δαίμων Pers. 644 c. Darius *magnopere laudatus* (non hoc possessivum est, sed μεγάλαυχος). Ad tertiam coniugationem redeunt νεοσπαδὲς ξίφος Eum. 43 *modo extractus*, νεοπαθὴς πατήρ Eum. 507 c. *modo passus*, βαρυπεσὴς ποδὸς ἀκμά Eum. 361 c. Haec omnia ab aoristis deducuntur. Puris verbis succreverunt ὀρθοδαὴς τῶν φθιμένων ἀνάγειν Ag. 984 c. *qui bene novit*, κοινοφιλὴς διάνοια Eum. 968 c., emendatio Hermanni pro κοινωφελής.

Restat terminatio minus vocalis ob eamque causam posteriori aetati rarius usurpata: $\overline{\sigma}$ verborum stirpibus annexum: quo formata nomina in $\overline{\sigma}$ purum aut $\overline{\xi}$ aut $\overline{\psi}$ exeunt. *Νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν (sic sc.) Cho. 340 c. fr. 432 νεοκράτας σπονδάς (hoc accentu) Plato ap. Athen. XV p. 665 c. *nuper mixtus* i. e. *amicus cui foedere* (σπονδή) *nuper composito reverti licet*, quae sane haud vulgaris breviloquentia est, τὰν μελανόζυγ' ἄταν Sup. 514 c. *pernicies atro ornatu cincta*, i. e. navis Aegyptiorum nigris hominibus impleta, λείπεται μονόζυξ P. 138 c. *solitarie iugata*, i. e. uxor relicta.

### b. Ubi membrum praecedens adverbium est.

Quia, quae modo recensebantur, adiectiva adverbaliter intelligenda habebant, apparet nunc ea adverbia superesse, quae non ab adiectivis formantur.

Praecedat *ἀγχίπολις Παλλάς Spt. 482. Soph. Ant. 970 Nonn. Io. 40, et ἀγχιγείτων Pr. 874 c. Composita denominativa cum ἀρτί apud Aeschylum non sunt praeter substantivum ἀρτιζυγία P. 537 c. *recens coniugium*. Adiectiva verbalia: κλαυτὸν δ' ἀρτιδρόποις ὠμοδρόπων νομίμων προπάροιθεν Spt. 315 c. „miseranda sors est virginibus *modo decerptis* (i. e. vitiatis) ante ritum solemnem quo crudus flos decerpitur," quae apposui, ut appareat quanta sit vocabulorum simillimorum diversitas, *ἀρτίκολλος Spt. 354, Cho. 574, Soph. Trach. 769, *modo aptatus*, βλαχαὶ ἀρτιτρεφεῖς Spt. 332 c. vagitus *modo nutritorum* (infantium) dictum per hypallagen. Ἀπριγδόπληκτα

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000028

χειρὸς ὀρέγματα Cho. 420 c. (ut em. Blomf.) quod videtur esse *indesinenter pulsans* aut *pulsatus*, δαροβίοισι θεοῖσι Spt. 505 c. *longaevus* denominativum, λαγίναν ἐρικύμονα γένναν Ag. 114 c. *praegravidus* quod verbale videtur esse, ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς Ag. 1429 c. *infortunium valde cogens* i. e. potentissimum, quod quid sit primus Hermannus perspexit, *ζαπληθὴς γενειάς P. 311 Anth. Pal. 7, 75 *valde plenus*. Ὁμοῦ ad nominum magis quam verborum compositionem proclive: ὁμόσπλαγχνον πλεύρωμα Spt. 866 c. *cognatum*, ὁμοδέμνιος πόσις Ag. 1067 c. Ὀψίκοιτον ὄμμα Ag. 356 *sero requiescens*, aut *sero quietem habens*, nam in his significatio fere possessiva est quemadmodum etiam in παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου Ag. 444 c. *mora contrariae sortis* et παλιμμήκη (hoc acc.) χρόνον Ag. 183 c. *tempus infauste diuturnum* (inest enim in πάλιν euphemismus), et προσθοδόμοις Ἀτρείδαις Cho. 319 c. *antiquitus domum habentes*. Sed ὑψίκρημνον πόλισμα Pr. 42, fr. 35 et *ὑψίπυργος πόλις Eum. 683 Sup. 87 c. Soph. Trach. 359 videntur potius *in alto praecipite sitam* et *alte exstructam* urbem significare, eiusdemque generis esse ac *παλίμπλαγκτος Pr. 839 Orpheus ap. Clem. Al. p. 64 *retro iactatus* et ὑψιγέννητος κλάδος Eum. 44. Τηλέπομπον φάος Ag. 285 *procul missus*.

Restat trium adverbiorum maxime necessariorum numerosissima suboles: loquor de α, δυς εὖ. Horum quae substantivum continent possessiva sunt exceptis paucis quae substantivo eidem apponuntur, ut γάμος ἄγαμος, Πάρις δύσπαρις: nolui autem haec a reliquis nimio intervallo separare. Ἄδαιτος θυσία Ag. 114 c. *sacrificium carens epulis*, ἀκίθαρις Ἄρης Sup. 654 c., ἀπρόξενος Sup. 216 *hospitibus carens*, ἀπέδιλος Pr. 135 c. *calceis carens*, ἄκομπος Spt. 544 *sine grandiloquentia*, ἄδασμος fr. 64 *immunis*, ἀδίοπος fr. 287 τὸ ἄναρχον καὶ ἀφύλακον ab ὁ δίοπος, addo ἀδείμων *securus* (a δεῖμα), quod Hermannus dubitanter proposuit Ag. 321 pro lectione ὡς δὲ δαίμονες εὐδήσουσι. Ipse scripsit ἀλήμονες: sed sine dubio vera lectio est ὥςτ᾽ ἀδείμονες. Paullo obscurius est φάος οὐκ ἄπαππον Ἰδαίου πυρός Ag. 296 *patre minime carens* (haec enim significatio flagitatur a genitivo πυρός, qui non potest construi nisi notione carendi in ἄπαππος latente). Δύο γυναῖκ᾽ εὐείμονε Pers. 180, δύσκαπνον δῶμα Ag. 742 c. *male fumosa*, δύσεδρος Ag. 718 c. *infauste sedem habens* Dion. Hal. de comp. v. 40 alio sensu, δυσοίμου τυχᾶς Cho. 932 c. *inviae*, δυσόμματος Eum. 380 c. *caecus*, δυσάνωρ γάμος Sup. 1034 c., et δυσμάτωρ κότος Sup. 63 c., quod neque possessive neque determinative possis solvere, quamvis simpliciter velit dicere *non maternus*. Ambigitur de δυσδάμαρτος Ag. 1278 (ἀνὴρ δὲ δυσδάμαρτος ἀντ᾽ ἀνδρός πέσῃ)

utrum nominativus sit, ut Aegisthum, an genitivus a *δύσδαμαρ*, ut Agamemnonem significet. Genitivum autem esse recte Hermannus censet, quia Aegisthus, ut moechus, *uxorem* certe omnino non habuit.

Cetera omnia *τοῦ εἶναι* significationem habent. *Ἀ* privativum cum uno substantivo compositum invenimus *νᾶες ἄναες* Pers. 681 c. vide Lob. paral. p. 229, adiectivo simplici uno *σιγὰς ἀλοιδόρους* Ag. 394 c.[1]) *silentia non conviciantia*, duobus compositis *ὅμιλος ἀνελληνόστολος* Sup. 221 *more non graeco ornatus* et *ἀστεργάνωρ* Pr. 900 c. de quo infra. Quae verbalem stirpem continent saepissime cum verbalibus quae proprie vocantur adiectivis composita sunt, quorum significationem pleraque conservaverunt aut potentialem aut passivam: *ἀπρομήθητος* Sup. 342 *improvisus*, *ἀβουκόλητον τόδ' ἐμῷ φρονήματι* Sup. 896 *non observatum*, *ἀκόμπαστος* Spt. 528 *non gloriatus*, *ἀναύγητος Ἅιδης* Pr. 1032, *ἀτημέλητος λαμπτηρουχία* Ag. 859 *neglectus* a *τημελέω* verbo post Homerum orto (Eur. I. A. 731), *ἀθέρμαντον ἑστίαν* Cho. 619 c. *igni sacrificiali non calefactus*, *ἀφοίβαντον* Eum. 236 fr. 153 Hes. *ἀκάθαρτον*, *ἀφόρμικτον μέλος* Eum. 331, 343 c., *ἀνάρχετος βίος* quod Eum. 519 c. Wieselerus ex coniectura reposuit formatum a praesente, ut *ἀπεύχετος* (de quibus Lobeck paral. p. 479), *ἀνηκίδωτος* fr. 289 Hes. *ἄνευ ἀκίδος* (ab *ἀκιδόω*). Potentialia sunt: *ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος*. Spt. 85 c. (quod alias *ἄμαχον σέβας* dixit Cho. 49 c.), *ἀπρόσοιστος ὁ Περσῶν στρατός* Pers. 92, *ἀρρυσίαστος* Sup. 594 Dion. Hal. A. R. 6, 41 *non rapiendus*, *ἀτρίακτος ἄτη* Cho. 335 c. *non vincenda*, *ἀπρόσδεικτος πέτρα* Sup. 763 c. *rupes tantae altitudinis ut cacumen digitis monstrari nequeat*, *ἀτόπαστον* fr. 121 Hes. *ἀνείκαστον*, *ἀβδέλυκτα* fr. 143 *non abominanda*, *ἄστεκτα* fr. 237 *οὐ δυνάμενα κατασχεθῆναι*. Restat *δρόσοις ἀέλπτοις μαλέρων λεόντων* Ag. 132 c., quae scriptura post varia multorum conamina adhuc et interprete et emendatore caret: sed quid legendum sit docet Hesychii glossa (fr. 226) *ἀέλπτοι, δεινοί, καὶ ἄαπτοι. Αἰσχύλος Πρωτεῖ.* Proteus citatur pro Agamemnone ut hic passim pro Choëphoris. Restituendum igitur aut *ἀάπτοις*, aut quod huius significationem exprimit *ἀλήπτοις*.

---

1) Locus difficilis ita videtur legendus esse:

*πάρεστι σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους*
*ἄδιστ' ἀφειμένων ἰδεῖν*

*licet videre silentia dehonestata* [*quidem sed*] *non conviciantia eorum qui carissima perdiderunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000030

Aliter exeunt *ἀπαράμυθον κέαρ Διός Pr. 187 c. Eur. I. A. 662, ἀπρόσκοπος Eum. 168 *improvisus* (a σκοπέω), ἀσαλὴς μανία fr. 424 *quieta*, ἀξυνήμων Ag. 1019 *orationem non intelligens*, ἀσχαδές fr. 425 dubiae significationis; E. M. interpretatur ἀκατάστατον.

*ʼEY.* Substantivum εὔπραξις Ag. 240 c. a Lobeckio damnatur — dicendum fuerat εὐπραξία vel εὐπραγία —, toleratur et ab Hermanno, licet is εὖ πρᾶξις scribi posse non neget, et ab editoribus thesauri Stephaniani, a quibus εὐθεράπευσις exempli loco excitatur. Verum hoc vocabulum ad medicorum terminos pertinet, quorum fecunditas nominum vitiose componendorum iure a Lobeckio ad Phr. p. 501 perstringitur. Vix igitur fieri poterit, ut quam foeditatem medicorum habetior lingua commiserit, ab Aeschylo etiam non repudiatam censeamus. Adiectiva: ἄχθος οὐκ *εὐάγκαλον Pr. 352 *onus quod haud facile sustentatur*, Eur. in fr. Phaët. ap. Plut. Mor. 608, Luc. Am. 25, εὐφιλῆ χέρα Ag. 34 *bene amatam*, εὐθνήσιμον αἷμα Ag. 1252 *facile moriens* vel *facilis in moriendo*, εὔαρκτον στόμα P. 192 *facile regnatu*, ἐυφιλόπαις Ag. 695 (v. infr.), ἐυξύμβλητος χρησμῳδία Pr. 776, μοῖρα οὐκ εὐπέμπελος Eum. 468 *furiarum ratio non facile abeundi*, quod a πέμπω nemo non ortum videt.

*ΔΥΣ.* Substantivum δράκοντας δυσευνήτορας Spt. 275 c. *infaustos tori socios* (columbarum). Adiectiva: δυσαιανῆ βοάν Pers. 276 c. *misere infelicem*, μὴ στήσητε δύσκηλον χθόνα Eum. 811 *venenis misere infectam et turbatam* (a κηλέω), δυσπαραβούλοισι φρεσί Sup. 96 c. *mens cui haud facile aliquid dissuaderi potest*, *δυσλοφωτέρους πόνους Pr. 395 Eur. Tr. 303 *vix relevandus*, *δυσπαλάμως ὄλοιο Sup. 833 c. δ. θεῶν δόλοι Eum. 832, 867 c. Tzetz. in ep. ed. a Küstero ad Suid. s. v. Lycophron *malis artificiis* (παλάμη) *instructus*, *δυσόμιλος Ag. 718 c. Plut. Dem. 42 *infauste sociatus*; plura in τος: δυσβάϋκτος αὐδά Pers. 573 c. *misere clamata*, δυσκύμαντα κακά Ag. 631 *mala ex undarum violentia infauste orta*, δυσπαραίτηται φρένες Prom. 34, *δυσαγκόμιστον αἷμα Eum. 259 c. *difficilis revocatu* Plut. Rom. c. 28 δυσανακ., *δυσπάλαιστος ἀρά Cho. 678, Sup. 451, Eur. Alc. 893, *δυσπόνητος δαίμων P. 510 *infauste agens* quod apud Soph. O. C. 610 passivum sensum habet, *δυσκατάπαυστον ἄλγος Cho. 469 Eur. Med. 109 Plut. Al. 31 Theoph. de verb. 35, δυσπήμαντα κακά Eum. 473 *infauste calamitosa* (em. Scaligeri pro — ματα), κότος Ζηνὸς δυσπαράθελκτος Sup. 371 c., δυσάγκριτοι πόνοι Sup. 119 c. Δύσπλανος πάρθενος Pr. 609 c. est *infeliciter errans*, sed δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις *infeliciter pellens*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000031

His exaratis sterilissimam operis partem absolvimus. Quid enim attinet vocabula conquirere et accumulare qualia ex mediocribus ingeniis catervatim solent profluere?

c. Ubi membrum praecedens est praepositio.

Nomina quae praepositione praefixa formantur tribus ordinibus distribuenda fuissent, nisi noluissem separare quae eandem praepositionem habent. Nam, ut G. Curtius in gramm. gr. §. 395, 3 adn. docet, possunt haec et possessivam significationem habere, ut ἔνθεος i. e. ὁ θεὸν ἐν αὑτῷ ἔχων, et determinativam ubi praepositionis significatio adverbialis resuscitatur, ut ἀμφιθέατρον et praecipue in compositis cum stirpe verbali, et denique obiectivam si praepositionis vis casum regendi servatur, id quod non fieri posse apparet nisi praepositione cum nomine consociata, ut in ἐγχώριος. Interdum fit, ut idem compositum duplicem sensum habeat, possessivum videlicet et obiectivum, ut ἔνυδρος *immersus* et *intercus*, et quod infra occurret ἔνθηρος; de his Lobeck paral. p. 380 – 382. Comparatione instituta determinativum genus numerosissimum evadit, quocirca omnia huic ordini adiunxi.

Ἀμφί in nominum compositione saepe id indicat quod latinum *utrimque*, ut ἀμφιδέξιος i. e. *utrobique manum dexteram habens*. Haec igitur *possessiva* sunt, et Aeschyli nonnulla huc pertinent: *ἀμφιμήτωρ fr. 74 Suid. ὁ ἑτερομήτωρ quod videtur appositum substantivo ἀδελφός fuisse ut Eur. Andr. 467, ἀμφίβουλος Eum. 725 *duplicem voluntatem habens* i. e. *incertus*: et similiter Hermannus ἀνάγκαν ἀμφίπτολιν Cho. 66 c. explicat *necessitatem duplicis sedis*, „qua scilicet servae e patria in alienam urbem abductae sint," quod ab aliis fortasse rectius obiective intelligitur *urbem includens*. — Verbalia sunt determinativa: ἀμφινεικὴς Ἑλένη Ag. 664 c. *circum quam pugnatur*, ἀμφίστροφος βᾶρις Sup. 847 id quod Homeri νῆες ἀμφιέλισσαι, ἀμφίσωπος fr. 41 Hes. περίωπος. — Obiectivum est ἀμφιτειχὴς λεώς Spt. 273 c. *qui circa urbem versatur*.

Ἀντί cum stirpe verbi coniunctum determinativa procreat, in quibus significat *contra* aut *vicissim*: praecipue autem cum substantivis amat componi, unde quae prodeunt pleraque obiectiva sunt. Illa affero ἀντίδουπος πόλις P. 120 c., v. 1009 et 1016 c. (a δουπέω) *e contraria parte strepens*, *τὰ ἀντίποινα Eum. 265 P. 468 Lycoph. *poena ulciscens*, ἀντικτόνοι (hic rectus accentus) ποιναί Eum. 456 *vicissim caedens*, ἀντίτολμος Eum. 542 c. *qui aliquid contra* (scil. *legem*) *audet*, *ἀντιφόνων θανάτων ἀραί Spt. 869 c. Soph. El. 248 *neces vicissim necatae* (est enim passivum): paullo audacius est

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000032

ἀντίμολπον ἄκος ὕπνου Ag. 17 *remedium somni e contrario canens*, i. e. *remedium contra somnum quod canendo fit.* — In obiectivis praepositionis significatio *instar* incorrupta est: ἀντίμισθος μνήμη Sup. 277 laus et memoria *quae mercedis instar est*, ἀντίφερνος φθορά Ag. 388 c. *pernicies dotis loco*, ἀντίδουλος Cho. 129 fr. 205, *ἀντίπαις Eum. 39 *infantis instar* (hoc apud posteros mutata significatione usurpabatur de pueris iuvenili aetati propioribus, ut βούπαις et πάλλαξ v. Rost in Dammii lex. Hom. s. v. ἡλικία s. fin.), ὀνείδη ἀντίκεντρα Eum. 139 *stimulorum instar*, ἰὸν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα Eum. 775 et 801 c. virus eiiciens *quod instar sit calamitatis* quam furiae patiuntur. — Unicum est possessivum σκότῳ φάος ἀντίμοιρον Cho. 316 c. i. e. φάος ἀντὶ σκότους μοῖραν ἔχον, quod dicere etiam poterat φάος ἀντίσκοτον vel ἀντισκοτές (em. Erfurdtii ad Soph. El. 86 pro ἰσοτίμοιρος, quae scriptura ex vera lectione et interpretamenta ἰσόμοιρος confluxerat).

Ἀναπομπός Pers. 652 c., manifesto parasyntheton.

Ἀπό. Obiectiva nominalia ἀποχρήματος ζημία Cho. 672 *poena a divitiis remoti*, dictum per hypallagen quandam, ἀπέρωτος ἔρως Cho. 593 c. *amor ab amore remotus* i. e. *non amabilis.* Verbale ἄφερκτος Cho. 441 c. parasyntheton est. De accentu Lob. paral. p. 489, de iota eliso p. 36.

Διά. Determinativum verbale *διαλγὴς ἄτα Cho. 60 c. *penitus excrucians* apud Plut. Alc. 73 passivum est.

Ἐκ et ἐν cum nominibus progignunt obiectiva paullo liberiora: *ἔνθηρον τρίχα Ag. 540 ὁ ἐν θηρὸς τρόπῳ ὤν *qui in ferarum similitudinem transiit* Soph. Phil. 698, sed Eur. Rhes. 289 ἔνθηρος *sylva* in possessiva transiit, σπονδαὶ ἔνδαιδες οἴκων Eum. 1024 c. quod haud scio an audacissime omnium formaverit, ita perplexae sunt notiones inter se: est enim (ut Herm. recte) *pax cum lumine taedarum in sedibus furiarum*, quasi legas σπονδαὶ δᾴδων vel δᾳσὶ σπενδόμεναι ἐν οἴκοις. Ἔξηβος Spt. 11 *qui ex iuventute excessit* i. e. *senex*, ἐκπάτιον ἄλγος Ag. 50 an. Hes. τὸ ἔξω πάτου ὄν i. e. *inauditum.* — Verbale determinativum ἔκκρουστον δέμας Spt. 523 *prominens* (ex aere scuti).

Ἐπί in determinativis interdum vix verti patitur *ἐπικότως Pr. 162 c. *irate* et ἀνδρὶ δᾴοις ἐπικότῳ Cho. 618 c. loco dubio, fr. Pind. ap. Stob. fl. 2, 442, ἐπιβριθεῖς Eum. 950 c. *graves*, ἐποίκτιστον γέμος Ag. 1180. — Non cessat in possessivis, ἔποικτος φόνος Ag. 1582, i. e. φόνος ἐφ᾽ ᾧ οἶκτος γίγνεται *plorandus*, ἐπιχαρής Pr. 160 c. *gratus* ἐφ ᾧ χαρά ἐστι, *ἐπίμομφος Ag. 532 *vituperandus* Cho. 826 c. et Eur. Rhes. 327 active.

Μετά abundat in determinativo μετάκοινος Eum. 347 c., 949 c., Sup. 1009 c.

*Κατά* cum nominibus compositum indicat aliquem alicuius rei *ratione quadam* aut *ex parte* participem esse. Haec igitur determinativa. *Κατάπτεροι ἀδελφαί* Pr. 799 Eur. Or. 178, *κατάμομφα φάσματα* Ag. 137 c. *ex parte reprehensioni obnoxia.*

*Παρά.* Unum obiectivum *πόρος πάρορνις* Eum. 762 *male auspicatus* i. e. *γιγνόμενος παρὰ ὄρνιθας.*

*Περί* in determinativis saepe id est quod latinum *per:* **μέμφεσθαι περιθύμως* Cho. 38 c. *καταρὰς περιθύμους* Spt. 704 c. *periratus* Plut. Mar. 19, *περίβαρυ κρύος* Eum. 136 c., **περίσεπτα* Eum. 1028 c. *summi honores. Περίπεμπτος* Ag. 87 an. *circumcirca missus.*

*Πρό.* Obiectiva: *Πρόπυργοι θυσίαι* Ag. 1127 c. *sacrificia pro turrium salute facta,* et de loco *πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων* Cho. 29 c. *ornatus qui prae pectoribus feruntur.* Perobscurum est *κακὰ πρόκακα* Pers. 959 c. et *στυγνὰ πρόκακα* v. 961 c.; Hermannus vertit *ingens malum,* Wellauer *permalum,* Stanleius *mala malorum praesaga,* Schuetzius *mala praesentia.* Puto *mala pro malis orta* sive *suscepta,* quoniam expeditio ista infelicissima ad ulciscendam cladem Marathoniam suscepta erat. — Determinativum est *πρόνομα βότα* Supp. 662 *pronum in pascendo,* et possessivum **ξίφος πρόκωπον* Ag. 1622 et *πρόκωπος* v. 1623 Eur. Or. 1478. Luc. de domo c. 30, D. Mar. 143 *manubrium paratum habens.*

*Σύν.* Obiectiva duo **σύγχορτος χθὼν Συρία* Sup. 5 an. *confinis* Eur. H. F. 347 Andr. 17, *τόρον ἥξει σύνορθρον αὐγαῖς* Ag. 239 c. *matutino tempore aequalis* (*σὺν ὄρθρῳ*): dativus *αὐγαῖς* construitur quasi dictum esset *τῷ αὐτῷ ὄρθρῳ.*

*Ὑπέρ* in determinativis saepe *ultra modum* significat: *ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς* Pr. 467 (cf. Arist. Plut. 357), *τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον* Pr. 948 *ὑπέραυχα βάζουσιν* Spt. 464 c., *τὸ ὑπεργήρων* Ag. 78 an. neutrum alibi non lectum, *ὑπέρτολμον φρόνημα* Cho. 587 c., *ὑπέρκομπον φρόνημα* P. 829 *θράσος* v. 833 *νῆες ὑ. τάχει* v. 377 *σῆμα* Spt. 385, 372, *ὑπερβαρὴς δαίμων* Ag. 1134 c. — In uno *χαλκὸν ἀσπίδος ὑπερτενῆ* fr. 441 *aes supra scutum prominens* sensus determinativus est et tamen casus ex praepositione pendet; unum denique vere obiectivum, *ὑπερπόντιος* Ag. 396 c. Sup. 41 c. *transmarinus.*

*Ὑπό.* Obiectiva: *ὕπαστρον μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου φυγᾷ* Sup. 378 c. *nuptiarum fugae* (i. e. nuptias fugiendi) *destinavi mihi machinam quae sub divo versatur* (cogitat enim de *ἀγχονῇ*), *ὑπόσκιον στόμα* Sup. 632 c. fr. 210, 8, *ὑπάγγελος ἥκω* Cho. 834 *venio a nuntio vocatus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000034

His perlustratis in promptu est observatio Aeschylum praepositiones multo saepius ideali quem aiunt et translato sensu quam proprio et locali composuisse.

### §. 7. IV. *Obiectiva sive composita dependentiae.*

Huius classis duo ordines sunt: alter ubi membrum dependens praemissum est, alter ubi regens. Utraque coniungendi ratio priscis nomenclatoribus usitata fuit: postea vero gliscente simplicitatis studio abscisisque ramis nimis luxuriantibus prior ista ita invaluit, ut obiectiva fingere praemisso membro regente poëtis quidem utique liceret, pedestri vero sermoni praeter pauca publice recepta in desuetudinem sensim abiret. Uterque ordo ternos rursus ordines habet: primum, ubi membrum regens — suspensum enim, ut patet, semper est substantivum — substantivum est, alterum, ubi adiectivum, tertium, ubi a verbo repetendum. Et hic quidem quem novissimo loco attuli et plurimas et maxime varias vocabulorum formas continet.

#### A. Membrum dependens praeponitur.

1) Ea quorum utrumque membrum e substantivis est, minore ex parte substantiva, maiore adiectiva sunt. Alterum membrum ex altero genitivo aut possessivo aut obiectivo quem vocant suspensum est. **Γυιοπέδη* Prom. 169 an. Opp. Hal. II, 85, *membrorum vinculum*, quod vocabulum incorruptam retinuisse terminationem propterea quod instrumentum significaret non praetermisit adnotare Lobeckius Paral. p. 370 (qua observatione iugulatur Hermanni coniectura *φρενολύπη* Ag. 103 an. quia abstractae significationis est), **οἰκοφύλαξ Ζεύς* Sup. 26 Anth. Pal. 9, 604, 3, apud posteros term. techn., *λαγοδαίτη* Ag. 119 c. *epulae leporum* genitivo obiectivo, item *προβατογνώμων* Ag. 761 an. *ovium peritus*, quod ut adiectivum *ἱππογνώμονα θυμόν* fr. 255, a *γνώμων* sine dubio rectius quam a *γνώμη* (ut *μαλακογνώμων*) repetendum est, *ἀνδρῶν μυριάδαρχος* Pers. 964 c. (ex. emend. Blomf.) et *καὶ βούλαρχον καὶ στασίαρχον* Sup. 12 an., quod vocabulum consulto poëta ex duobus homonymis conflavisse videtur, ut possit utrumque significare et *ducem agminis* et *auctorem seditionis*. His accedunt composita cum *μάντις* reliqua: **κακόμαντις* Spt. 703 c., P. 10 an., Apoll. Rh. III. 935 i. qu. Homeri *μάντις κακῶν*, *ἀληθόμαντις* Ag. 1200, *θυμόμαντις* P. 233 Hes.: *οὐ φύσει μάντις ὤν, ἀλλὰ ἀπὸ λογισμοῦ κρίνων*. In his genitivus objecti est, sed possessivus in *στρατόμαντις* Ag. 118 c. et **Πυθόμαντιν Λοξίαν* Cho. 1026 Soph. O. T. 963. Ceterum hoc vocabulum *μάντις* a multis poëtis crebro componitur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000035

Adiectiva huius ordinis possessivis cognatissima sunt, nisi quod τὸ εἶναι indicant. Secundae declinationis sunt *γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χεροῖν Pr. **1007** Soph. fr. **464** Eur. Bacch. **980**, *sublationibus manuum mulieres imitantibus*, γυναικόποινος πόλεμος Ag. **212** c. *bellum mulieris causa ulciscens*, τεκνόποινος μῆνις Ag. **143** c. *ira filiae ultrix*, λεοντοχόρταν βούβαλιν fr. **344** *capra quae victus leonis est*, quod vocabulum ob generis motionem adnotandum est. Ex tertia declinatione προβουλόπαις πειθώ Ag. **370** *filia deliberationis* [1]), ἀστρογείτονες κορυφαί Pr. **722** *cacumina sideribus vicina*, δενδροπήμων βλαβά Eum. **925** c. *damnum pernicies arborum*, οἱ Χάλυβες σιδηροτέκτονες Pr. **714** *fabri ferri*, γραμμάτων τε συνθέσεις, μνήμην ἁπάντων, μουσομήτορ' ἐργάνην Pr. **462** *famulam musarum matrem*, σιδηρομήτωρ αἶα Pr. **304** *terra ferri mater*, φιτυποίμην ἀνήρ Eum. **898** *homo plantarum cultor* (de commissura v. Lobeck par. ad Phr. c. 4. §. 5.).

2) Membrum regens est adjectivum: substantivum dativo suspenditur: δορίμαργος ἄτα Spt. 688 c. *bellis furibunda*, νυκτίσεμνα δεῖπνα Eum. **111** *epulae augustae nocturnae*.

Tertiam declinationem migrant μετωποσώφρονα πρόσωπα Sup. **184** (ex. em. Porsoni) *ora frontis habitu sapienter tranquilla* (libet enim imam significationis ubertatem interpretando retegere), et πτερυγωκὴς οἰωνός Pr. **288** c. *celer alis*.

3) Membrum regens a verbo deflectitur. Qua de classi haec mihi praemittenda: si membrum verbale active ponitur, potest et accusativus

---

1) Hoc vocabulum nisi integris versibus adscriptis non intelligi potest:

βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθώ
προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας.

Longum est perversas huius loci interpretationes recensere. In scholiis πειθὼ ἄτας coniungitur, Blomfieldus vertit *suadela quae liberis pessime consulit*. Sed ne Hermanni quidem sententia ferri potest, qui vocabulo προβουλόπαις copulative intellecto vertit *suada, consultrix filia effrenata culpae*. Nam duo substantiva ita copulari ut alterum adiectivi vice fungatur, exemplis certe demonstrari nequit. Attamen sensus non adeo reconditus est. Quum de nimiarum divitiarum periculis poëta locutus sit deque eo, qui animi causa divina humanaque iura permiscuerit, *cogit*[*eum*], inquit, *funesta suada* (*libidinis* scilicet) *intolerabilis filia deliberationis perniciosae*, πειθώ, παῖς τῆς προβουλῆς, τῆς ἄτης: h. e, si quis libidine agitatus deliberare semel coeperit, perpetret scelus nec ne, certum est, eum a libidinis suada victum iri, et nullum remedium libidinis non vanum fore — ἄκος δὲ πᾶν (ut correxit Musgravius) μάταιον. In quo si quid est audaciae, quod appositio ἄτας apponitur genitivo qui latet in composito, certe neque nimiae est neque inauditae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000036

pendere et dativus instrumentalis: sin neutraliter aut passive, semper dativus pendet. Sed neque ex commissura neque ex terminatione quidquam de significatione concludere certo possumus, nisi quod nonnulla accentu distinguuntur cf. Lob. ad Ai. v. 324.

Persequar ea quae accusativum, tum, quae dativum habent. Ante omnia tamen paucis singulariter et inusitate compositis locum dabo, quae, si solvuntur, nominale membrum ostendunt nominativo intelligendum: substantivum βριθὺς ὁπλιτοπάλας fr. 464 (ex elegiis) i. e. ὁ παλαίων ὁπλίτης ὤν, haec enim Papei interpretatio praestat prae Plutarchiana ὁ διὰ ὅπλων δεινός: adiectiva ἀνδροθνὴς φθορά Ag. 781 quod vertendum est *pernicies qua moriuntur homines* quia θνήσκω neutrum est, ἀνδροκμὴς πέλεκυς Cho. 877 λοιγός Sup. 652 c. τύχη Eum. 943 c. μόχθος Eum. 247, simili significatione, δακρυοπετῆ πάθεα Sup. 101 c. *ob quae lacrymae cadunt*, μονοστιβής Cho. 755 *qui solus incedit*, μέσακτα πλευρά fr. 223 *media latera fracta* (quod cave confundas cum altero μέσακτος quod infra habebimus, ut fecerunt editores thesauri). Sunt haec abnormia: tamen aliter intelligi nequeunt cf. Lob. ad Ai. v. 324. Videtur Aeschylus activa affinia, ut κτείνω ἑλκύω, in mente habuisse.

a) Quae accusativum habent.

In his substantiva nonnulla sunt: χρηματοδαίτας Spt. 710 c. *distributor bonorum*, οἰακονόμος *gubernator* Pr. 149 c. Cetera ad aliud substantivum apposita sunt: *παιδολέτωρ ἔρις Spt. 707 c. Eur. Rhes. 549 *quae liberos perdit.* Feminina terminatio expressa est in ἀνδρολέτειραν ἄταν Spt. 295 c. et Μοῖρα βαρυδότειρα Spt. 954 c.

Inter adiectiva primum locum obtinebunt formata per terminationem ος stirpi mutatis interdum vocalibus adnexam. Oxytonôs scribuntur ἡ ἀνθεμουργός sc. μέλισσα P. 615 *florida operans*, ὁ σηματουργός Cho. 472 *opifex signorum*, Αἶσα φασγανουργός Cho. 635 c, αἱματολοιχός ἔρως Ag. 1445 an. *cupido lambendi sanguinem*, κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου Eum. 12, ἑλκοποιός Spt. 370 *vulnerans*, *Τυρρήνων φαρμακοποιὸν ἔθνος fr. 465 posteriores, ξιφουλκῷ χειρί Eum. 582 *gladium stringens* et τοξουλκῷ λήματι P. 56 an., v. 238. Reliquorum pleraque in penultima accentum habent: ὠμοδρόπα νόμιμα Spt. 316 c. *festa crudam (virginitatem) decerpentia* βροτοσκόποι μαινάδες Eum. 495 c. *homines observans*, αἱματορρόφος λέων Eum. 192 *sanguinem hauriens*; πρεσβοδόκος θυμέλη Sup. 642 c. *senes recipiens*, ἱεροδόκα θεῶν λήματα Sup. 340 c. *sacrificia accipientes*, ἱκεταδόκος σκοπή Sup. 683 *specula supplices recipiens*, ταγοῦχος ἀνήρ Eum. 293

*qui imperium* (ταγήν) *habet*, οὐρανοῦχος ἀρχά Cho. 954, θεσφατηλόγος Ag. 1404 *vaticinia loquens*, (de η̄ in commissura, quo plurium brevium syllabarum nimia exilitas propelli solet, locutus est Lobeck parerga ad Phr. c. 4). Stirpes dentales in hoc numero non inveniuntur, purae haud ita multae, τυμβοχόα χειρώματα Spt. 1006 *opus tumulum fundens*, δορυσσόος σάγη Spt. 117 c., ὀπαδοί Sup. 954, *hastam vibrans*, *πυρπνόον βέλος Pr. 921. Eur. Med. 478 *ignem spirans*, sed liquidae copiossissimae; *γατόμος δίκελλα fr. 206, 3, Anth. Pal. VI, 95 *terram scindens*, μηλοφόνοι ἄγαι Ag. 784 c. Opp. Cyn. 3, 263, οἰωνοκτόνον χειμῶνα Ag. 541, δακρυογόνος Ἄρης Sup. 654 c., κουροβόρῳ πάχνᾳ Ag. 1480 c., παιδοβόροι μόχθοι Cho. 1065 an. *pueros devorans*, κρεοβόρος Ἀμάζων Sup. 274 ex em. Lobeckii paral. p. 260, λινοφθόροι λακίδες Cho. 27 c. *linum perdens*, *βροτοφθόρα κνώδαλα Sup. 251 Eum. 778, 806 c. Eur. fr. Auges 2, posteriores, βουθόρος ταῦρος Sup. 286, λαοπόρος μηχανή Pers. 111 c. *populum transportans*, αἱματηφόρους μόρους Spt. 400 c., πεζοφόρον ζῶμα fr. 259 *talare orarium ferens*; *τευχεσφόρος ἀνήρ Cho. 617 c. Eur. Sup. 676 Rhes. 267, Manetho 4, 438 et σελασφόρος λαμπάς Eum. 1004, composita cum stirpe pura.

Nulla vero radix laetiorem fere progeniem procreavit, quam νεμ—, cuius nota est varietas significationis. Hinc cohors compositorum in —νομος exeuntium, non ubique planorum interpreti, quae ne in duo castra separentur nunc recensebuntur omnia, licet nonnulla dativum habere videantur: πεδιονόμοις θεοῖς Spt. 255 *campos habitantes* vel *nacti*, πολισσονόμος βιοτή Pers. 855 c. ἀρχά Cho. 850 an. *urbem habitans* vel *possidens* (quo in vocabulo Aeschylum Lobeckius ad Phr. p. 667 suavitatis causa regulam deseruisse censet inculcato σσ in ipsam stirpem nominis), ποιονόμον βότον Ag. 1128 c. Sup. 48 c. *pecus herbam depascens*, ἀνθονόμοι ἐπωπαὶ ματρός Sup. 525 c. *loca speculandi matris flores depascentis* audacissima hypallage dictum, quae tamen et genitivo addito lenitur et eadem est Sup. 48 Γαιονόμοισι δ' Sup. 51 c. *terrae incolis* Hermannus refinxit ex τά τ' ἀνόμοια οἶδ'. Pro εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι fr. 88 quod apud Ar. Ran. 1305 ab Euripide in tumoris derisionem exhibetur, quum in ipso vocabulo vix ullum sensum reperias, haud scio an poëta posuerit πολισσονόμοι cf. Eum. 1016. Περσονόμου τιμῆς μεγάλης P. 899 an. aut *Persas regens* vertendum, si uni Xerxi honor contribuitur, — et sic fere Wellauer — aut, si ad omnem populum spectat, *honor habitans in Persis*, vel potius *honor qui a Persis possidetur*. Πεζονόμοις ἐφέταις P. 78 c. vario modo interpretes vexavit; Blomfieldus *cui terra contigit*,

et sic fere Wellauer, *terrae possessor:* sed significat *peditibus imperans*, ut ipse sensus potuit docere. Σιδαρονόμος χείρ Spt. 770 c. neque *ferrum distribuens* est neque *ferro*, sed *ferrum movens*, derivatum ut fere χειρονομέω.

Haec omnia in penultima $\overline{o}$ habebant: addendasunt, quae vocalem immutabilem retinuerunt minus constanti quoque accentu signata: ὀροτύπον ὕδωρ Spt. 85 c. *montem feriens*, δελτογράφος φρήν Eum. 272 c. *librum scribens*, quamvis nobis facilius videatur *in libro notans*, παρθενοσφάγοισι ῥεέθροις Ag. 196 c. *virginem mactans*, θυηφάγον φλόγα Ag. 575 *thura consumentem*, ὀφθαλμωρύχαι δίκαι Eum. 186 (quem accentum posuit Lobeckius ad Ai. v. 324, non Hermannus) *oculos effodiens*. Ἀστύνικος πόλις Eum. 902 *urbes devincens*, οὐρανόνικος ἄτα γαμετᾶς σᾶς Sup. 146 c. *ira coelum vincens*. Νυμφοτῖμον μέλος Ag. 680 c. *sponsam honorans* scripsit Wellauer, νυμφότιμον Hermannus non addita cur id faceret causa. In simillimo autem ξενοτίμους δωμάτων ἐπιστροφάς Eum. 536 c. Wellauer antepenultimam acuit, quamvis sensus, utcunque ad exprimendum difficilis, aperte tamen *hospites esse obiectum honoris* doceat.

Terminatio $\overline{\text{τος}}$ adiectivi verbalis raro accusativum cum actionis sensu recipit: πυργοδάϊκτος πόλεμος P. 105 c. *turres scindens*, ἀνδροδάϊκτα κόπανα Cho. 847 an. et ἀ. κόπος fr. 134 c. ex em. Heathii et Hermanni, καρδιόδηκτον ἐμοὶ κράτος Ag. 1439 c. *potentia quae cor meum mordet*. Χερὸς ἐκ δοριπάλτου Ag. 113 c. *hastam vibrans*. Ναρθηκοπλήρωτον πυρὸς πηγήν Pr. 109 *arundinem explens*, ποδένδυτον κατασκήνωμα Cho. 978 *pedes implicans*.

Transeuntibus ad terminationem $\overline{\text{ης}}$ nonnulla vocabula primae declinationis praemittenda sunt: ὑπνοδότας νόμος Pr. 572 carmen *consopiens*, ἀνδροφόντης Τυδεύς Spt. 552, ἑλειοβάται νεῶν ἐρέται P. 40 an. (Aegyptii) *in paludibus incedentes*, ἁδοβάται P. 904 (em. Hermanni aut Passowii). Superest ἐναροκτάντας φθόνος fr. 157 an. ex Nereidibus fabula. Φθόνος Hermannus posuit recte sine dubio ad Il. 198. ss. respici ratus, ubi Zeus Hectorem negat Patrocleis spoliis servatum iri ob invidiam Deorum hac victoria contractam. Sed quid est ἐναροκτάντας? *spolia caedens* an *ob spolia caedens* an *caesus?* Immo et Hesychii ἐναροφόρος (ubi Aeschyleum vocabulum citatur) et ipse sensus iubent φθ. ἐναρόκτητος scribi, i. e. *invidia spoliis contracta*. In tertia declinatione a verbis labialibus sunt: *πεδοστιβὴς λεώς Pers. 126 c. Sup. 969. Eur. Hel. 1356, Rhes. 763 *in terra incedens* (cetera a στείβω passiva sunt), φονολιβὴς τύχα Ag. 1389 c. θρόμβος Eum. 116 c. *cruorem stillans*; a gutturalibus φρενοπληγεῖς μανίαι Pr. 882 *cor verberans* (cf. v.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000039

1058 *φρενόπληκτος*), *οὐρανοστεγὴς ἆθλος* fr. 309, 2 *labor coelum fulciens* (de Atlante), *ἀνδροτυχὴς βίοτος νεανίδων* Eum. 946 c. *maritum adepta vita*; a liquidis *δομοσφαλὴς κτύπος ὄμβρου* Ag. 1500 c. *domum destruens*, *πολυκανὴς θυσία* Ag. 1128 c. *multum (pecudis) interficiens*, *ἔπη ἀρχηγενῆ κλαυμάτων* Ag. 1597 *principium generantia verba*; a puris denique *δεμνιοτήρης πόνος* (hoc accentu) Ag. 53 an. *lectùm custodiens* et *δ. μοῖρα* v. 1412 c. i. e. morbus, *καρποτελὴς γᾶ* Sup. 660 c. *fructum maturans*, *παραφορὰ φρενοδαλής* Eum. 328 et 441 c. *confusio mentem laedens* (*δηλέω*), *θηλυκρατὴς ἔρως* Cho. 593 c. *amor feminis imperans*. *Δέρμα τριχορρυές* fr. 290 *cutis depilis* est parasyntheton.

Praeter has terminationem $\overline{\mu\omega\nu}$ Aeschylus tribus stirpibus adnexuit: *νεκροδέγμων Ἅιδης* Pr. 153 c. *mortuos recipiens*, *οἰστοδέγμων θησαυρός* P. 990 c. i. e. pharetra, **ἱπποβάμων στρατός* Pr. 806 *equum conscendens* quod vocabulum, quamvis apud Sophoclem et Euripidem satis frequens sit, a nostro tamen inventum esse irrisione illa Aristophanea proditur *ῥήμαθ᾽ ἱπποβάμονα*, *τὰ πεδοβάμονα* Cho. 585 c. *quae in planitie incedunt*, quibus addo *λεοντοβάμονα σκάφη* fr. 239 vas balneatorium *leonibus* i. e. *leoninis pedibus incedens*, licet dativum habeat, *πελειοθρέμμων νῆσος* P. 304 *columbas alens* (Salamis), et *πολυθρέμμων Νεῖλος* P. 34 an. *multos* vel *multa animalia alens*, quod tamen etiam potest *πολλὰ θρέμματα ἔχων* esse.

Rarissima est $\overline{\alpha\varsigma}$ terminatio: *παιδολυμὰς Θεστιάς* Cho. 596 c. *filium perimens*, quod Lobeckius Paral. p. 266 paroxytonôs scripsit, Hermannus praeeunte Dindorfio acui maluit.

### b) Quae dativum habent.

Dativus saepissime instrumenti vel auctoris est: membrum verbale nonnumquam active, saepius passive intelligendum, sed inter absolutam et potentialem (sive gerundivam) passivi significationem saepe non distinguendum.

#### α) Dativus cum activo sensu.

In $\overline{o\varsigma}$ simplex exeunt: *Ἁλίστονος ῥαχία* Pr. 137 *mari (auctore) sonans*, **δορίπονα κακά* Spt. 608 c., Eur. I. A. 771, *δ. πόλιν* v. 135 c. *hasta laborans*, *πολεμοφθόρος ἄτη* P. 656 c. *bello perdens*, **νυκτίφοιτ᾽ ὀνείρατα* Pr. 658 Synes. hymn. 3, 2 p. 316 *noctu grassantia*, *θηλυκτόνος Ἄρης* Pr. 883 *muliebri manu necans*. Addo *τοξόδαμνον Ἄρη* P. 87 c., eiusque synonymum *τοξοδάμας* v. 27 et 31 an. Significat utrumque non *arcipotens* ut

Wellauer in Lexico vertit (qui τοξοδάμνον quoque false scripsit) sed *arcu superans.*

In τος terminantur: μιλτόπρεπτος μόρος fr. 220 *ruber*, δακρυσίστακτον ῥέος Pr. 400 c. *lacrymis stillans* [1]). Ἡμερόφαντον ὄναρ Ag. 82 an. *interdiu apparens*, ὀνειρόφαντοι δόκαι Ag. 402 c. *in somnio apparens*. Οἰστρήλατον δεῖμα Pr. 576 c. *oestro pellens*, *ἁλίρρυτον ἄλσος Sup. 834 c. Anth. Pal. XII, 55 *mari fluctuans*, δαμέντων νυκτοφρουρήτῳ θράσει Pr. 864 *audacia noctu custodiens* vel *vigil*, ξιφοδήλητος θάνατος Ag. 1495 an. ἀγών Cho. 715 an., κεντροδήλητος ὀδύνη Sup. 547 c. (nisi praeferemus metri causa Erfurdtii κεντροδηλήτισι) *gladio* et *stimulo perimens*.

In ης terminantur: λιμοθνής Ag. 1233 *fame moriens*, δουρικμὴς λαός Cho. 360 c. *hasta periens*, δορυκανεῖ μόρῳ Sup. 956 *hasta necans*, δορυσθενὴς ἀνήρ Cho. 154 c. *hasta potens*. Πλουτογαθὴς μυχός Cho. 789 c. *divitiis gaudens*. Πυρδαῆ τινα πρόνοιαν Cho. 598 c. *flamma comburens* nec vero *flammam incendens* vertendum erit, etiam cum recipiemus Hermanni πυρδαῆτιν. In *αἱματοσταγὴς φόνος Ag. 1268 Spt. 816 c. Eur. Sup. 812 Ar. Ran. 471 eiusque paraschematisto αἱμοσταγής (quae forma Eum. 358 c. metri causa reponenda est et reponi potest propter Eur. Thes. fr. 1, 3 v. Lobeck ad Phr. p. 669) *cruore stillans*, et in δειματοσταγὲς ἄχθος φόνῳ Cho. 828 (quod Hermannus in illum Eumenidum locum transtulit) — in his igitur, quia στάζω et activum est et neutrum, accusativum quoque licet assumere.

β) Dativus cum sensu passivo.

Terminata in ος. Praemitto δορίγαμβρον Ἑλέναν Ag. 664 c., quod minime a substantivo γαμβρός sed a γαμέω inductum puto terminatione ρος insertoque β euphonico, ut significet *hastis in matrimonium ducta*. Sequantur quae a liquidis et puris orta ο in penultima habent: χρυσόγονος γενεά P. 80 c. (v. l. χρυσόνομος) *auro natum genus*, ἁλίδονα σώματα P. 270 c. *mari iactata*, οἰστρόδονος βοῦς Sup. 16 an. *oestro agitata* (exstant etiam οἰστροδίνητος et οἰστροδόνητος), *ναύπορος ἀκτή Eum. 10, Eur. Tro. 877, Apoll. Rhod. 4, 1546, οἰωνόθροος γόος Ag. 56 an. *ab avibus clamatus*, δημό-

---

1) De his quae dativi formam incorruptum habent Lobeckius prol. path. p. 144 docet, partim esse hyphen ut ἀργῷ πασιμέλουσα, partim in unum corpus coaluisse ut πασίφιλος et hoc δακρυσίστακτος: sed repugnare nonnulla ut σαρξιφάγος, τηλεσίφαντος, quae omnino dativum non habeant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000041

θρους ἀναρχία Ag. 850 et v. 1357 idemque non contractum δημοθρόους ἀράς Ag. 1370 c. Restant quae radicalem vocalem retinuerunt immutatam: χιονόβοσκον λειμῶνα Sup. 543 c. *nivibus nutritus*, et quatuor eiusdem stirpis, πεδίον ὁπλόκτυπον Spt. 83 c. *ungulis quassus*, ἡλιόκτυπον μελανθὲς γένος Sup. 137 c. *solis ictus patiens*, ἁρματόκτυπον ὄτοβον Spt. 185 c. *fragor curribus quatientibus ortus*, χειμωνόκτυπος λαίλαψ Sup. 34 an. *ventus tempestate concutiente ortus* (scilicet non possumus latine dicere *tempestate concussus*).

Terminata in τος. A labialibus radicibus: τὰ θεότρεπτα P. 884 c. *res a diis conversae* i. e. fuga, φοινικοβάπτοις ἐσθήμασι Eum. 1010 *purpura tinctis*, κροκόβαπτος εὔμαρις P. 602 c., πυρίδαπτος λαμπάς Eum. 1021 c. *flammis comesa*, ἐριοστέπτοισι κλάδοισι Sup. 22 an. *lana involutus* (rep. Auratus). — A gutturalibus: *θαλασσόπλαγκτα ὀχήματα Pr. 468 Eur. Hel. 782 *mari agitatus*, νυκτίπλαγκτος εὐνή Ag. 11 ν. πόνος v. 315 ν. δεῖμα Cho. 527 κέλευσμα v. 710 *noctu agitatus* (sic tribus locis intelligi potest, quorum posteriores duo etiam activam interpretationem non repudiant), δοριτίνακτος αἰθήρ Spt. 140 c. *hastis vibratis concussus*, σιδαρόπλακτος Spt. 886 et 887 c. *ferro percussus* [1]), θαλασσόπληκτος νῆσος P. 302 *mari concussa*, * δουρίπληκτα ἐσθήματα Spt. 261 Schol. Eur. Andr. 654, sed recipienda em. Hermanni δουρίπηκτα, λουτροδάϊκτος ὤλετο ἀνήρ Cho. 1068 an. *in balneo* sive *per balneum occisus*, λυκοδίωκτον δάμαλιν Sup. 331 c. *lupum fugiens* (reposuit egregie Hermannus pro putido λευκόστικτος), δημόπρακτος ψῆφος Sup. 905 i. e. plebiscitum, *ναύφρακτος Ἄρης P. 926 c. ὅμιλος v. 998 c. Eur. I. A. 1259 Arist. Ach. 95, Equ. 567 *navibus stipatus*, *χρυσότευκτα γράμματα Spt. 641 Eur. Phoen. 228, δακτυλόδικτον μέλος fr. 58 an. (em. Pauwii pro — δεικτον) *carmen quod digitis iactis i. e. in tibia dispositis canitur.* — A dentali: *κηρόπλαστος δόναξ Pr. 572 c. *arundo cera formata* i. e. syrinx Soph. fr. 464 Anth. Pal. 9570, πηλόπλαστον σπέρμα fr. 216 i. e. homines. — A liquidis: γάποτος τιμή Pers. 624, χύσις Cho. 95 *a terra haustus* (in quo dorismus in trimetris observandus), δημόκραντος ἀρά Ag. 437 c. *dirae a populo ad finem perductae*, τὰ Πυθόκραντα Ag. 1214, πολεμόκραντον ἄγνον τέλος Spt. 149 c. *bello confectus*, μοιρόκραντον ἦμαρ Cho. 603 c. θεσμός Eum. 389 c., δοριλύ-

---

1) i. e. et *gladio caesi* et *malleo fabricati*, qua ex ambiguitate Aeschylus acutissimum illud aenigma invenit: *ferro percussos* (i. e fratres Thebanos) *manent ferro percussi* (i. e. tumuli paterni).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000042

*μαντος μοχθός* fr. **133** an. *hastis excruciatus*, **θέορτος γάμος* Pr. **766** *a dea excitatum connubium* in quod vocabulum Pindarus quoque incidit Ol. II, 67. — A puris: *μονόκλαυτος θρῆνος* Spt. **1050** an. *ab uno planctus*, *νυμφόκλαυτος Ἐρινύς* Ag. **721** c. Helena *sponsis deflenda furia* [1]), *θεόσυτος ἀχώ* Pr. **116** c., *νόσος* v. **597** c., *χειμών* v. **643**, *ἀδαμαντόδετος λύμη* Pr. **148** c. et v. **426** c. *ferro vinctus*, *γομφόδετον δόρυ* Sup. **812** c., *κιρκήλατος ἀηδών* Sup. **48** c. *ab accipitre agitata* (Hermanno femininam positionem scribenti usus refragatur), *σύριγγες ἀξονήλατοι* Sup. **167** *fistulae axibus pulsae*. *Δορίτμητος* Cho. **343** c. *hasta dilaniatus* quod vocabulum non video cur Blomfieldus et Hermannus eiecerint humiliora substituentes; sed recte Hermannus pro *χρυσεοδμήτοισιν ὅρμοις* Cho. **607** c. reposuit *χρυσοκμήτοισι* *auro fabricatus*. *Θεοστύγητον ἄγος* Cho. **625** c. *quod dei oderunt*, *πισσοκώνητον πῦρ* fr. **124** *pice oblitus*. Vocalis ᾱ transit in η̄ in *θεοτίμητος* Ag. **1297** c., retinetur in *πυρίφατον Πελασγίαν* Sup. **616** c. *igne consumptam* (a *φάω*). **Δηάλωτος πόλις* Spt. **72** Eur. Andr. **105** *ab hostibus capta*, *πορφυρόστρωτος πόρος* Ag. **877** *purpura stratus*, *παιδότρωτα πάθεα* Eum. **489** c. *a filiis vulnerata*. *Χρυσόρρυτον νᾶμα* Pr. **807**, *φονόρυτος γαῖα* Spt **912** c. *cruore circumfusa*, *θεόκλυτοι λίται* Spt. **129** c. *diis audiendae*, *γυναικογήρυτον κλέος* Ag. **466**. c. *gloria a muliere pronuntiata*.

Terminata in η̄ς. Praemitto primae declinationis *πυριγενέτης χαλινός* Spt. **189** c. *ex igne natus*, adiectivum epenthesi syllabica in substantivi similitudinem productum, de quibus Lobeck paral. p. **437**. De ceteris praemoneo, verba labialia ad hanc declinationem multo saepius quam ad secundam deflexa esse: *Ἡλιοστιβεῖς ἀντολαί* Pr. **792** *a sole permeatus*, *μεσολαβὲς κέντρον* Eum. **160** c. *in media parte prehensus* (scilicet quo certior ictus fiat) nec vero *medias partes* (cor hominis) *aggrediens*, *πλινθυφὴς δόμος* Pr. **451** *lateribus contexta*, **πετρηρεφῆ ἄντρα* Pr. **302** Eur. Ion. **1400** *saxis operta*, *νυκτηρεφές τι* Ag. **439** c. *caligine opertum* i. e. *infaustum*, *χθονοτρεφὲς ἑδανόν* Ag. **1368** c. *a terra nutritus*, *δημορριφεῖς λευσίμους ἀράς* Ag. **1585** *a populo iactus*, **λινορραφὴς δόμος* Sup. **116** c., Nonnus. Dion. **23**, **131** (activo sensu), *lino consuta* (navis). — A gutturalibus: *βροτοστυγεῖς Γοργόνες* Pr. **800**, *δνόφοι* Cho. **47** c. *hominibus odiosus*, **δορυπαγεῖς νῆας* Sup. **713** c. (Opp. Hal. **1**, **358**, Nonn. Dion. **45**, **192** *δουροπαγής*), *αἱματοσφαγὴς πέλανος* P. **817** *grumus cruore mactatorum compactus* (quod sane

1) Lepide Blomfieldus *sponsa flebilis vel potius furia*.

singulari brevitate dictum est, quocirca Blomfieldus et Schützius —σταγής praetulerunt), ἡφαιστοτυκὲς δέπας fr. 71 (sic Herm. pro —τευχές), τοξοτευχής Sup. 273 *arcu armatus.* — A ~~labiali~~: Θυμοπληθὴς ἄτα Spt. 667 c. *ira repletus.* — A liquidis: φρενώλεις νύμφιοι Spt. 738 c. *mente laesi* (accentus diversitas oritur ex eo quod tempus primitivum est perf. 2), φρενομανής τις Ag. 1099 c. *mente furens*, εἱλοθερὴς παρειά Sup. 65 c. *in paludibus calefacta* (em. Emperii pro Νειλο—), πατροστερῆ γόνον Cho. 250 *patre orbatus*, cui addo similitudinis causa hucusque reservata ἀργυροστερὴς βίος Cho. 983 quod activum est *argento privans*, et *ὀμματοστερὴς φλογμός Eum. 927 c. quod apud Aeschylum quidem activum *oculis privans*, sed passivum est apud Soph. O. C. 1260 et Eur. Rh. 351: ut iterum inconstantiae horum plasmatum exemplum afferam.

Supersunt duo simplici $\overline{\sigma}$ formata: κρυσταλλοπὴξ πόρος P. 496 *glacie concretus*, et ὀδυνοσπάδος γέροντος fr 322 *doloribus distracti*, cuius quum genitivum tantum Aeschylus finxerit, ne ego quidem nominativum audeo ponere.

Hucusque reservari nobile et fecundum genus compositorum cum παν-, παντ-, παντο-, de quibus praeceptum Lobeckii ad Pr. p. 673: a nominativo incorrupto composita si flexum recipiant, adverbii notionem inferri, πανόπτης πανδώτειρα, a quo παντόπτης, παντοδώτειρα differant, sed ita parum ut vix animadverti possit. V. etiam ad Ai. v. 1415. Ex hoc igitur edicto orthosyntheta erunt d e t e r m i n a t i v a, plagiosyntheta o b i e c t i v a: sed et haec omni modo inter se variant, et inveniuntur nonnulla etiam p o s s e s s i v a. Haec praemitto; continent omnia nomen substantivum: παντέχνου πυρὸς σέλας Pr. 7 *omnes artes continens*, πάνοιζυς ἑστία Cho. 44 c. *omnem miseriam habens* (accentum correxit Lob. paral. p. 251), πάνολβος παῖς Sup. 566 c. *omnem felicitatem possidens.* — In d e t e r m i n a t i v i s primum locum iis dabo, quae substantivum habent, alterum, quae adiectivum, tertium, quae stirpem verbalem: φέρματι γᾶς πανώρῳ Sup. 661 c. *prorsus tempestivus* (quam significationem et similia εὔωρος et ἄωρος et ipsa simplicitas commendant prae Wellaueriana *quovis anni tempore prodiens*), πάντροφος πελειάς Spt. 276 c. *prorsus nutritor*, vel *qui totus est in nutritoris munere*, *παμμήτωρ γῆ Pr. 90, quod quia Soph. Ant. 1282 τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ aperte determinativum est, huc rettuli, quamvis commode etiam *omnium mater* (ut Blomf.) verti possit. Παντόσεμνος ἀνήρ Eum. 628 *prorsus venerandus* (Agamemno), παντάλαν' ἄχη P. 640 c.; addo παγκαίνιστον κηκῖδα πορφύρας Ag. 927, quod quamvis bene, ut Blomfieldus fecit, a καινίζω repeti queat, tamen ad καινός potius referendum censeam. Vidimus antea poëtam inusitatas superlativorum formas non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000044

pavisse. Sed ἄκος παμμάταιον Ag. 371 c. removendum scribendumque πᾶν μ.: v. p. 34. Παναρκέτας νόσου Cho. 61 c. *prorsus sufficiens* (notabile ob motionem generis formatumque epenthesi, cf. πανταρκής infra), *πάμμικτος ὄχλος P. 54 an., v. 883 c. Iust. Mart. 3 *prorsus mixtus*, *πάγκλαυτον ἄλγος Spt. 349 c. Soph. El. 104 *valde defletus* (sed Trach. 649 et Ant. 815 activum est), πάμφθαρτος μόρος Cho. 293 *prorsus perditus*, τὰ πολλὰ παντόφυρτα Eum. 543 c. *prorsus* vel *undique commixta*, πάμπρεπτος ἕδρα Ag. 114 c. *prorsus conspicua*; παμπορθὴς αἰών Ag. 688 c. *penitus eversus* (em. Seidleri: libri πάμπροσθε). — Restant obiectiva: Ζεὺς παναίτιος πανεργέτης Ag. 1454 c. *omnium rerum causa et effector*; reliqua verbalia: παντότολμος Ag. 208 c, v. 1196 *omnia audens*, πανάλωτον γάγγαμον ἄτης Ag. 346 c. *omnes capiens*; *πανόπτης ἥλιος Pr. 91, Ζεὺς ὁ π. Eum. 1025 c., π. οἰοβούκολος Sup. 289 de Argo, de eodemque Eur. Phoen. 1122 sine substantivo: substantivum enim ipsum est. Πανταρκὴς Δαρεῖος P. 856 c. *omnibus rebus sufficiens*, παντομισῆ κνώδαλα Eum. 635 *omnibus odiosa*.

Epimetri loco enumeranda videntur reliqua composita cum αὐτός, quia quae non possessiva sunt ad hanc partem si ad ullam pertinent. Αὐτόστονος Spt. 892 c. *de se ipso gemens*, *αὐτόσσυτος Eum. 171 c. Soph. fr. 782 *a se ipso excitatus*, *αὐτόσποροι γύαι fr. 246, 4 Nonn. (Meineckius αὐτοσπόροι) *ab ipsis consita arva*, αὐτόφορβος fr. 118 Hes. αὐτοφάγος, αὐτόκρανος λόγος fr. 449 ex anecd. Bekk. p. 467, 9 τὸν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ τέλος ἐπιφέροντα, αὐτόκτιτ' ἄντρα Pr. 303 *ab ipsis condita*, *αὐτοδάϊκτοι Spt. 716 c. Opp. Hal. II, 349 *ab ipsis interfecti*, αὐτορέγμονος πότμου fr. 122.

### B. Membrum dependens subsequitur.

Huic compositionis modo aptissimum nomen *inversi* („die umgedrehte C.") imposuit Iacobus Grimm in gramm. germ. II. p. 976, qui p. 980 sic fere de eo indicat: „der Sprachgeist spottet in diesen Compositis aller gewöhnlichen Verbindungsweise; — — wären sie etwas anderes als unorganische Ausnahmen, so würde dadurch die Bedeutung zahlloser eigentlicher Zusammensetzungen untergraben werden." Ita factum, ut, quam licentiam priscis temporibus universi populi sermonisque ingenium sibi permisisset, eam postea poëtis tantum indulgeret.

#### 1) Membrum regens est substantivum.

Haec imprimis vituperationi illi obnoxia, quia prorsus non possunt nisi usu ab iis quae antea habuimus distingui. Veluti ἱπποπόταμος nisi sciretur



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000045

*equum fluminis* indicare, quis est qui non censeret vertendum esse *flumen equorum?* Aeschylus in duobus quid sibi liceret tentavit: δορυκράνου λόγ- χης ἰσχύς P. 147 c., quod Blomfieldus et Wellauerus incogitate verterunt *hastae cuspide praefixae* (nam haec certe cuspis *lignea* foret), recte vero scholiastes intellexit ἐκ κρανίου ξύλου οὔσης, quasi diceretur κρανόδορος „die hartriegelhölzerne;“ et πλουτοχθὼν κάρπος Eum 934. c. *fructus qui divitiae sunt terrae.*

2) Membrum regens est adiectivum.

Hoc genus grammaticis, ut videtur, minus observatum, certis tamen finibus circumscribitur. Scilicet ea tantum adiectiva, quae *relativa* vocantur, substantivum possunt praeposita regere, velut ἴσος, ἐχθρός, φίλος, κενός, ἄξιος, ἄπειρος etc. Certe Aeschylea in his fere versantur: ἰσόνειρος ὀλιγοδρανία Pr. 547 c. *somnio similis*, ἰσόπαις Ag. 75 an., ἰσόπρεσβυς Ag. 78 an., ἰσάργυρος κηκὶς πορφύρας Ag. 926 (diversa sunt ἰσόψυχον κράτος et ἰσοτριβής quae antea habuimus); ἀπειρόδακρυς καρδία Sup. 66 c. *imperitum lacrymarum*, ἀξιόμισον ἔθνος Eum. 358 c. *odio dignus*, *ἐχθρόξενος γνάθος πόντου Pr. 728, Eur. Alc. 561 *advenis inimica*, κένανδρον ἄστυ P. 117 c. *viris vacua*, κενόφρονα βουλεύματα Pr. 763 *sensu carentia*, μεσάκτους νήσους P. 875 c. *medias inter litora*, ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα Cho. 33 c., i. qu. Arist. Eccl. 741 dixit ἀωρὶ νυκτώρ *intempestivum noctu*. His enumeratis non poterit formationis certe causa reprehendi scriptura πατροφόνῳ χερὶ τῶν κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη Spt. 765 c. Nam si ἰσότεκνος laudatur, cur κρεισσότεκνος non toleratur? Sensus tamen causa Hermannus certa emendatione sibi visus est posuisse κυρσοτέκνων, respiciens ad Soph. O. T. 1273, de quo loco Schneidewinus disserens φρισσοτέκνων proposuit. — Composita cum φιλο — et alia nonnulla inter verbalia relegare praetuli.

3) Membrum regens verbum est[1]).

De regulis formationis exposuit Lobeck in addendis ad Phrynichum p. 767 ss. exordiens a praecepto Ori Etym. p. 662. Sumuntur a stirpe prae-

---

1) Multiplex de his grammaticorum dissensio. Infelicissimus omnium Düntzerus in libro „die lateinische Wortbildung und Composition“ p. 193 et 196, qui haec *possessivis* adnumerans ἐνοσίχθων ex. gr. interpretatur „die Erde zum Stossen habend.“ Ingeniose Iacobus Grimm II, p. 980 in parte verbali secundam imperativi perso-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000046

sentis aut futuri: quae a praesente, ω̄ finale aut in ε̄ (rarius in ῑ) mutant, siquidem sunt verba vetusta et necessarii usus (ut ἔχω, φέρω): aut saepius ō recipiunt.

„Sed utramque rationem verba praesentia cum aliis orationis partibus consociandi non in ipsum corpus et venas linguae penetrasse primum ex eo patet, quod fere mera primitiva in hoc numero reperiuntur, nullum in πτω, κτω, κνω aut ulterius circumductum, praeter factitia quaedam, quorum rationem deberi negamus; tum ex crebra inter utrumque genus fluctuatione.“ Connexivum ῑ, „in antiquis priscisque vocabulis apparet (τερπικέραυνος), maturescente autem Graecitate in unius verbi ἄρχω terminos inclusum ac ne in hoc quidem satis fixum fuit.“ Postea futurum fere solum in componendis vocabulis adhibitum est, cuius veterem formam in εσω multa ostentant, quamquam et barytona et pura posthac plurima elisionem passa sunt. Littera connexiva est ῑ, nisi si eadem proxime praecedat; tum ō assumitur: non item propter subsequens ῑ. Neque moleste patiuntur ῡ tum praecedere tum subsequi. Insequente autem vocali omnibus — exceptis paucis, ut ἡσιεπής — commune est, ut vocalem connexivam omittant. Hactenus vir eximius, cuius verba hic illic in brevius contracta reddidi. Addo, plerumque activa cum accusativis, rarius media cum dativis coniuncta esse.

F o r m a t a  a  p r a e s e n t i b u s. Consona labialis in nullo, gutturalis in στυγάνωρ στρατὸς Ἀμαζόνων Pr. 725 *viros perosus*, eiusque synonymo ἀστεργάνωρ παρθενία Pr. 900 c., *φυγαίχμας λαός P. 995 c. *hastam fugiens* Callim. fr. 117 et ἀρχέλειος P. 292 *qui gregi praeest*, dentalis in ὀρθόθριξ φοῖτος Cho. 31 c., quod quoniam a derivato ὀρθόω repetendum est, factitiis illis quibus Lobeckius auctoritatem denegat adnumerare malo, quam possessive interpretari: nam sensus loci omnem interpretationem praeter *capillos erigens* respuit. Sequuntur liquidae: κεναγγὴς ἄπλοια Ag. 175 c.

---

nam delitescere censuit, permotus vernaculorum (ut „fangball, thunichtgut etc.“) et Romanicorum (ut „tire-bouchon, porte-lettre“) analogia. Quae sententia quum in formatis a praesente, iis praesertim quae connexivum ε̄ habent, ita nullis difficultatibus premi videatur, ut nonnulla *recentiora* vere putem hoc animo inventa esse ut imperativi vis conspiceretur: evertitur tamen prorsus ceterorum derivatione a futuro, ad quam explicandam Grimmius *imperativum futuri* excogitavit inauditum et ne animo quidem fingendum, qui priscis nomenclatoribus usitatus fuisset. Sed Grimmius similitudine formae, quae est imperativorum cum stirpe pura verborum, deceptus est: nihil cernitur in his compositis quam „mirabilis illa Graeci sermonis mobilitas omnia volubili orbi rursum prorsum agentis.“

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000047

*vasa evacuans*, μενέγχης fr. 448 (ex epigrammate Anth.) *hastam manens.* Sequitur nobile illud τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως | τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' | Ἑλέναν, ἐπεὶ πρεπόντως *ἑλέναυς, ἕλανδρος, *ἑλέπτολις Ag. 664 c. (ἑλέναυς Eur. I. T. 1476, 1511). Haec aptissima sunt imperativorum defensoribus exempla: Demetrium certe Poliorcetam puto, quum machinae in Rhodios exstructae nomen ἑλέπολις daret, imperativa significatione locutum esse. Horum analogia tamen Lobeckium non commovit ut ingeniosissimam Hermanni emendationem ἑλέδεμας βοά Spt. 83 c. *corpus arripiens* (ἐλεδεμνάς libri) probaret. Ἑλίτροχος σύριγξ Spt. 186 c. *rotam volvens* et a praesente et a futuro inductum esse potest. In τανύδρομος Eum. 363 c. *cursum extendens* connexiva vocalis omissa est ut in omnibus cum τανύω compositis. — Numero autem et varietate significationis vincunt composita cum φιλ—, quae, quamvis verbum primitivum non exstet, tamen ad hoc genus referri ipsa ratio flagitat. Nam ea, in quibus adiectivum φίλος inesse videatur, rectius eorum numerum multo maiorem sequuntur, ubi verbi significatio aperta est. Φιλήνιος ἵππος Pr. 466 *frenum amans*, φιλομάστοις ὀβρικάλοις Ag. 134 c. λέοντα φ. v. 693 c. *ubera amans*, φιλοφόρμιγξ φήμα Sup. 667 c. *φιλάνωρ πόθος P. 135 c. Ag. 393 c. v. 823, Musaeus 264, Coluth. 267, φιλοσπόνδου λιβός (gen.) Cho. 289 *guttae libationem amantis*, i. e. qua libatio carere nequit, φίλοικτον βέλος ὀμμάτων Ag. 226 c. *misericordiam amans*, i. e. *movere cupiens*; reliqua εὐφιλόπαις Ag. 695 c. et *φίλορνις πέτρα Eum. 23, Plut. Num. 4 malis fortasse *pueris* et *avibus carus* vertere: possunt tamen et haec, et rectius, verti ut illa. Restant quatuor in quibus substantivorum vice adiectiva verbalia funguntur: φιλοθύτων ὀργίων Spt. 160 c. *amans* τὸ θύειν, οὐ φιλογαθὴς γόος Spt. 894 c. *non amans* τὸ γηθεῖν, φιλόδυρτος Sup. 64 c., φιλαιάκτων κακῶν Sup. 772 c. *mala amantia* i. e. *excitantia* τὸ αἰάζειν.

Formata a futuris. Ῥίψοπλος ἄτα Spt. 296 c., καμψίπους Ἐρινύς Spt. 772 c. *pedem flectens*, i. e. *celer*, ἐρειψίτοιχος δωμάτων Spt. 859 c. *muros deiiciens*, κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος Spt. 706 c. *perdens mentem*, filiorum nempe, quos dirae patris ad odium et invidiam excitaverunt. Ἀρπάξανδρον κῆρα supra habuimus, ἀεξιφύλλους ἀκτάς Ag. 673 c. *frondes augens*, *δηξίθυμος ἔρωτος ἄνθος Ag. 715 c. Sopater ap. Ath. III, 101 B. (δακέθυμος habet Sophocles) *animum mordens*, quod cum vix dici possit de ἔρωτος ἄνθει legam in Aeschylo τηξίθυμος. Νεικέων τέκτονα οὐ δεισήνορα Ag. 141 c. *maritum non veritus*, *περσέπτολις στρατός P. 66 c. Ar. Nub. 967, Orph. Lith. 674 *urbem delens* (quod notandum ob vocalem con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000048

nexivam), *πεισίβροτον* (sic Herm.: libri *πεισίμβ.*) *βάκτρον* Cho. 357 c. sceptrum regium Agamemnonis *quo hominibus persuadetur.* *Φθερσιγενεῖς κῆρες* Spt. 1040 an. *genus exstinguentes.* *Μνησιπήμων πόνος* Ag. 166 c. *angor calamitates recordans*, *πανσάνεμος θυσία* Ag. 201 c. *ventos sedans*, *ῥυσίβωμον ἄγαλμα* Eum. 907 c. *altaria tuens*, *τελεσσίφρων μῆνις* Ag. 676 c. *voluntatem perficiens* et ultimum *ἡ ὠλεσίοικος θεὸς ἄτα* Spt. 701 c. *domum perdens*, quod adnotandum et ob productum ō futuri *ὀλέσω* (de quo Lobeck ad Phr. p. 476 adnot.) et ob retentum ῑ ante vocalem.

Dativus in paucissimis: *πειθάνωρ* Ag. 1609 *viro obediens* quasi de equo dictum, et *τίς ὧδε τλησικάρδιος* Pr. 159 c. *animo tolerans*, i. e. durus, quae significatio quum Ag. 411 c. *πενθεῖα τλησικάρδιος* non apta sit, aut Aurati *τηξικάρδιος* aut *δηξίκαρδιος* recipiendum. In *μιξόμβροτον βοτόν* Sup. 553 c. *semihumanus* denique, ut in reliquis cum *μίγνυμι* compositis, verbalis significatio prorsus fere exstincta est.

Non fugerit lectorem, omnia fere inversae compositionis exempla — quibus absolutis nomina ipsa iam exhausimus — in canticorum ornatum inventa esse. Multa etiam de nominibus dicenda haberem, quae nunc differo.

---

## CAPUT II.

### DE VERBIS.

Nulla fere diversitas maior est quam quae inter nomina Aeschyli et verba intercedit. In illis varietas luxurians et ubertas quae vix comprehendi possit; in his simplicitas et paucitas: illic viarum modorumque antiquorum animosa reiteratio: hic tritarum semitarum placidissimus usus. Neque mirum. Nam in verbis ossa et robur sermonis, non decor, cernitur: quocirca, qui verba procreat, proprietatem et brevitatem sectatus est, non ornatum neque ubertatem. Uter vero Aeschyli in fingendo *σκοπὸς* fuerit, non est quod nunc moneam. Equidem re non observata indubitanter tamen praedixerim, comparatione instituta fore, ut Sophocles e tragicis poëtis plurimorum pro rata parte verborum auctor deprehendatur. Haec in universum: neque de singulis multa monenda erunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000049

## §. 8. I. *Verba simplicia derivata.*

a) Verba circumflexa. Ex his, quae qui vellet colligere numero redeunt: *ταγέω* carentis arenae mensorem se profiteretur, ad Aeschylum redeunt: *ταγέω* P. 765 *sum ταγός*, **πυργηρέω* Spt. 22, 168 Eur. Or. 76 Phoen. 1094 interpr. et lex. *obsido*, *ἀοζέω* fr. 55 Hes. *ὑπουργέω*, *βακχάω* Spt. 479 id fere quod *καταβακχεύομαι* sed non sine desiderativo sensu, *πλεκτανάω* *spiris implico* vel med. *spiris abundo* (*πεπλεκτανημέναι πυκνοῖς δράκουσι*) Cho. 1046, *σφυδάω* (*σφυθῶντα θυμόν*) Pr. 382 (quod Hermannus e Med. cod. reposuit) paragogum a *σφύζω* ut ex Hes. apparet; quae in *οω* derivantur, factitiva paronyma sunt: *ἠλιθιόω* Pr. 1065 an. *inanem reddo*, *δωματόω* Sup. 925 *aedes exstruo* (*δεδωμάτωμαι* med. *aedes mihi exstruxi*), * *ἀνθρακόω* Pr. 374 Soph. El. 377 Eur. Cycl. 609 *in cineres converto*, *ὑπτιόω* P. 413 *supino* (*ὑπτιοῦτο σκάφη νεῶν*), **ὀμματόω* Cho. 840 Sup. 450 Diod. Sic. 4, 76 Plut. ap. Stob. Fl. 3, 49, Tzetz. ad Lyc. 1240 *oculis instruere*, *ποικιλόω* fr. 306, 2 *variegare*.

b) Verba barytona. Unum purum *ἐραστεύω* Pr. 895 c. quod eodem sensu dici quo *ἐρᾷν* censet Lobeck Rhem. p. 197: tamen nescio quid interest. In *αζω* et *υζω* plura: *οὕτως εἶπε τερᾴζων* Ag. 121 c. *mirabilia loquor* (Hermanno ex praecepto grammaticorum Etym. M. *ι* subscriptum ponenti contradixit Lobeck Rhem. p. 222), **ματᾴζω* Ag. 961 c. Soph. O. R. 891 fortasse Sext. Emp. 9, 281, *nihil ago*, *κνεφάζω* Ag. 126 c. *obscuro*, *ἀνθεμίζομαι* *δεῖμα* Sup. 67 c. *efflorescere mihi facio*, *οὐρανιζέτω* imperat. fr. 411 Phot. p. 431, 2 *πρὸς τὸν οὐρανὸν διϊκνείσθω*, *αἰγίζω* ab *αἰγίς* fr. 65 Hes. *διασπάω*, *πλειστηρίζομαι* Cho. 1028 a *πλειστήρης* *maiore ex parte auctorem aestimo* (usitatum *πλειστηριάζομαι* est *plurimi aestimo*). Haec paronyma: adiungo paragoga *δακνάζομαι* (*στένε καὶ δακνάζου mordere dolore*) P. 570 c. *λακάζω* Sup. 838 Spt. 167, et *ἁρπαλίζω* Spt. 226 Eum. 966 c. *arripio*, a *δάκνω*, *λήκω*, *ἁρπάζω*. Unicum est *φεύζω*, *τί ταῦτ᾽ ἔφευξας* Ag. 1267, prognatum a *φεῦ* ut *δυσοίζω* Ag. 1275 ab *οἶ*. Liquida: *Κοταίνω* Spt. 468 c. (quod ne a *κοτέω* repetatur monet Lobeck Rhem p. 236) *ἑλκαίνω* Cho. 829 *ulcerosus sum*, *σφοδρύνομαι* Pr. 1015 *ferocem me gero*. Terminatio *ανω* producendis praesentibus adhibetur (Lobeck Rhem. p. 234): sic *θηγάνω* Ag. 1502 c. a *θήγω* et **κλαγγάνω* Eum. 134 Soph. fr. 702 a *κλάζω*, (quod sine *ι* recte a Wakefieldo scriptum esse Hermanni causa moneo). Restant *ὑγρώσσω* Ag. 1289 *madidus sum* pro usitato *ὑγράζω*, *κινύσσομαι* Cho. 192 *agitor*, productum a *κινύω*, et *δρώπτειν* fr. 193 et *λογγάζω* fr. 114 de quibus dictum p. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-69065/fragment/page=00000050

## §. 9. II. *Verba paratheta.*

